

# CLEMENS XIV.

## ANNO QUINTO



Dat. die 9.  
junii 1772.  
Anno V.

CCXLVIII.

Committitur archiepiscopo Ravennatensi tradendi fratribus ordinis sancti Joannis Dei hospitale infirmorum dictæ civitatis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Pessimus hospitalis status exponitur.

§ 1. Exponi Nobis nuper fecit venerabilis frater Antonius archiepiscopus Ravennatensis, quod hospitale infirmorum civitatis Ravennæ in deplorando statu ita reperitur, ut celeri sane indigeat providentia, et auxilio: propter enim suorum reddituum exiguam quantitatem infirmi destituti sunt numero sufficienti ministrorum, qui eis valeant inservire, ac propterea pluribus ipse caret rebus illorum saluti restituendæ, et curandæ necessariis, nihilo tamen minus exitus admodum excedit introitum, et post quoque contractum magnum æs alienum, hospitale prædictum proximam ruinam minatur.

Modus adhibendi remedium rei necessitati.

§ 2. In hoc itaque rerum statu unicuique tantum excogitari potest modus, quo gravissimo huic malo remedium valeat adhiberi, tradendo scilicet dictum hospitale curæ fratrum ordinis sancti Joannis Dei, quorum singularem non solum charitatem ac diligentiam, et erga infirmos servitatem, sed etiam rectam, ac utilem honorum administrationem idem Antonius archiepiscopus in hospitali Faventino expertus fuit, in eundemque sensum etiam convenit dilectus itidem filius Noster Vitalianus S.R.E. presbyter cardinalis Borromæus nuncupatus in provincia Romandiolæ, et exarchatu Ravennæ Noster, et apostolicæ Sedis de latere legatus, qui præterea eximia sane liberalitate offert donationem jam existentis capitalis scutorum trium millium quingentorum monetæ.

§ 3. Verum quia, ut id executioni demandari possit, necessaria profecto apparet expensa decem circiter millium scutorum similium tam pro augenda ejus fabrica, seu habitatione, quam pro comparandis mobilibus, aliisque ad usum dicti hospitalis apprime necessariis, idem autem Antonius archiepiscopus ab aliis suæ diœcesis indigentibus distentus, cum integram hanc qualitatem nullo modo suppeditare possit, hinc onus unius pensionis annuæ scutorum quingentorum super fructibus, redditibus, et proventibus mensæ archiepiscopalis Ravennatensis apostolica uactoritate constituendæ, reservandæ, et eidem hospitali assignandæ, ac respective solvendæ donec, et quousque illius ope fructus, et capitale census in dicta summa decem millium scutorum creandi persolvantur, in ejusdem hospitalis subventionem, et auxilium subire velle plurimum desiderat.

Expensa necessaria pro consequendo remedio.

§ 4. Nobis propterea supplicari fecit, ut pensionem hanc reservare, eamque firmam reddere usque ad solutionem prædictam, atque in præmissis dicto hospitali providere de benignitate apostolica dignaremur.

Supplicatio pro constituenda pensione annua scutorum quingentorum.

§ 5. Nos igitur dicti Vitaliani cardinalis, et legati, atque ipsius Antonii archiepiscopi zelum, pietatem, charitatem, et liberalitatem plurimum in Domino commendantes, supplicationibus ejusdem Antonii archiepiscopi nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, audita jampridem relatione super præmissis tam ipsius Vitaliani cardinalis, et legati, quam dilecti quoque filii Nostri Francisci Xaverii tunc congregationis venerabilium fratrum Nostorum ejusdem S.R.E. cardinalium concilii Tridentini interpretum secretarii, et modo ipsius S.R.E. presbyteri cardinalis de Zelada nuncupati, eidem exponenti, una cum præfato Vitaliano cardinali, et legato omnes, et singulas facultates necessarias, et opportunas, quibus dictum hospitale curæ, et ad-

Potestas archiepiscopo data, ut hospitale tradere possit fratribus ordinis s. Joannis, et cum eis condendi leges, et constitutiones in posterum servandas.

ministracioni fratrum ordinis san. Joannis Dei committere, et cum illis pacta, atque conditiones pro feliciori præfati hospitalis regimine inire, nec non constitutiones perpetuo servandas, prout magis in Domino ipsi expedire judicaverint, condere, et firmare libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Item constituendi annuam pensionem scutorum quingentorum favore ipsius hospitalis, ex bonis archiepiscopatus Ravennæ.

§. 6. Postquam vero dicta administratio hospitalis hujusmodi juxta præmissa eisdem fratribus ordinis sancti Joannis Dei tradita fuerit, unam pensionem annuam scutorum quingentorum monetæ singulis annis deponendorum ad effectum solvendi fructus, et respective pro rata extinguendi sortem census in summa scutorum decem millium similitium imponendi pro expensis ædificii, et aliis sumptibus necessariis pro dicto hospitali, nunc pro tunc, et quando administratio præfata dictis fratribus tradita fuerit, ut præfertur, super fructibus, redditibus, et proventibus prædictæ mensæ archiepiscopalis Ravennaten. auctoritate, et tenore similibus constituimus, reservamus, et assignamus. Volumus autem, ut statim ac dicti census sors extincta, et fructus integre fuerint soluti, pensio hujusmodi ipso facto resoluta remaneat.

Clausula subla-  
ta, et decre-  
tum irritans.

§. 7. Decernentes easdem præsentibus Nostras literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sedis apostolicæ nuntios judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-  
trariorum.

§. 8. Non obstantibus apostolicis ac in universalibus, provincialibusque et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, et quatenus opus sit metropolitanæ ecclesiæ Ravennatensis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, ir-

ritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub onculo piscatoris die decima nona junii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio pontificatus nostri anno quinto.

CCXLIX.

Dat. die 11.  
junii 1773.  
Anno V.

Facultas archiepiscopo Januensi designandi in eadem civitate unam, seu plures ecclesias pro permanenti confugio delinquentium.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Pastoralis officii Nobis, licet immerentibus, divinitus commissi sollicitudo Nos admonet, ut votis catholicorum præsertim principum, per quæ Ecclesiæ immunitati nihil sit detractum, et publicæ simul consultum sit tranquillitati, apostolicum præbeamus assensum.

Proemium

§. 2. Sane pro parte dilectorum filiorum nobilium virorum ducis, et gubernatorum reipublicæ Januensis Nobis expositum fuit, quod propter insignem numerum, nimiamque propinquitatem ecclesiarum, quæ in eorum principe, pia æque, ac illustri civitate, suisque suburbiis diviao cultui dicatæ reperiuntur, itidemque ob perspectam peculiarrem publicarum dictæ civitatis viarum angustiam ita facilis, ac promptus pateat delinquentibus aditus ad loca confugii, ut perditii homines inde sumant audaciam, et commoditatem non solum atrociora facinora frequenter perpatranda sed etiam veteribus nova in dies superaddendi crimina, eo quod facillime ad proximum semper asylum redire queant. Hac itaque de re, cum divitiæ, vita, salusque civium satis in tuto minime sint, hinc dicti dilecti filii nobiles viri dux, et gubernatores reipublicæ Januensis tam gravi periculo aliquod op-

Incomoda, quæ ob nimiam simplicitatem immunitatis ecclesiasticæ permanere solent, multiplicabatur in civitate Januensi propter frequentiam ecclesiarum.

portunum remedium apostolica auctoritate adhiberi plurimum desiderabant.

Facultas tributa ipsi episcopo indulgendi licentiam extrahendi reos ab ecclesiis.

§. 3. Nos igitur piis eorundem votis favorabiliter annuere volentes, debitamque sacris locis venerationem cum publica civium in dicta civitate, ejusque suburbii habitantium quiete, ac tranquillitate, quantum cum Domino possumus, conjungere cupientes, motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, venerabili fratri Joanni archiepiscopo Januensi, ejusque in archiepiscopatu huiusmodi successoribus tenore præsentium concedimus, et indulgemus omnes, et singulas facultates necessarias, et opportunas, ad hoc, ut tam ipse, quam successores prædicti ab omnibus ecclesiis dictæ civitatis, ejusque suburbiorum) quibus sane ecclesiis universas, et singulas immunitatis prærogativas, quæ presentibus nostris literis non adversentur, firmas et illæsas in posterum quoque permansuras esse intelligimus, et declaramus, libere, absque ulla forma processus, nullaque interposita mora, extrahi facere valeant quascunque personas, quæ ad ecclesias præfatas usque adhuc confugerint, et in eis modo quoque reperiantur, vel in posterum quandoque ad illas confugere quomodolibet contingat; eidem Joanni archiepiscopo, ac præfatis ejus successoribus facultatem quoque easdem personas a dictis ecclesiis, ut præfertur, extractas, libere, ac licite transferri faciendi ad ecclesiam, seu ecclesias a memorato Joanne archiepiscopo designandam, seu respective designandas in numero duarum, seu pro suo arbitrio plurium juxta necessitatem in dicta civitate, et unius pro unoquoque ex illius suburbii ubi commodior confugentium statio, simulque minor inde sit novæ patranda crimina facilitas, motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus tribuimus, et impertimur.

Reus semel extractus non gaudet privilegio immunitatis, sed tantum immunitatem unius gradus poenæ eidem debet.

§. 4. Verum quia sicuti eorundem nobilium virorum ducis, et gubernatorum dictæ reipublicæ Januensis expositio subjungebat, extractio, et translatio eorum, qui ad ecclesiasticum asylum confugerunt, vel in posterum ad illud se transferrent inanes prorsus essent, cum, hisce omnibus non obstantibus, ipsi adhuc ob superius expressas circumstantias tam numeri, quam propinquitatis ecclesiarum, et peculiaris viarum angustiae (quæ in re hæc prefatam piam, illustremque principem civitatem ab aliis distinctam reddunt)

facile possent a dictis designandis permanentis confugii ecclesiis recedere, novisque patris (ut ex eorum prava indole suspicari licet) eriminibus, sacrum asylum vel in ecclesiis ipsis, ad quas translati, vel in illis a quibus extracti fuerant, aut in aliis locis immunibus pari facilitate arripere, nisi hujusmodi perniciosis evasionibus aditus præcludatur; hinc nos peculiaribus præfate civitatis circumstantiis mature perpensis, per præsentis decernimus, et mandamus, ut quoties crimum rei ad unam ex ecclesiis, ut præfertur, designatis traducti ab ea recedant, et ad illam, a qua extracti fuerant, redeant, vel ad cujuscumque alius immunis loci asylum confugiant, tunc, et eo casu beneficio ejusdem sacri asyli privati remaneant, et a brachio ecclesiastico statim sæculari brachio consignentur, facta tamen prius in venerationem ecclesiæ per brachium sæculare promissione minnendi unum gradum poenæ ordinariæ, et convenientis qualitati per eos commissi delicti.

§. 5. Si vero rei prædicti, postquam ab aliqua ex designandis ecclesiis, ad quam, translati fuerant, vel ad quam velut ad primum spontaneum asylum ultro confugerant, recesserint, denuo in eandem se conferant, volumus, quod idem Joannes nunc, et pro tempore existens archiepiscopus possit, et valeat cum solis probationibus extrajudicialibus super novo delicto, quod ipsi intermedio tempore patrarint, eos extrahi fecere, et sæculari brachio consignare, ad hoc ut in carceribus Ecclesiæ nomine detineantur, formatoque inde per eundem archiepiscopum processu, ad effectum dignoscendi, an rei prædicti revera novum nec ne commiserint intermedio tempore crimen; ubi hoc exclusum remaneat ipsos ad designatam ecclesiam reducidos esse, ut ibi sacro asylo gaudere pergant; e contra ubi novum facinus ex processu comprobetur, eos sub potestate brachii sæcularis cum prædicta diminutione gradus poenæ relative ad primum delictum remanere debere per præsentis statuimus, et declaramus.

Reus novi criminis intermedio tempore patrati immunitatem gradus poenæ non gaudet

§. 6. Decernentes easdem præsentis literas, et in eis contenta quæcumque semper firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in futurum plenissime suffragari, et ab eis

Clausulæ solutares, et decretive irritans.

respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores iudicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-  
trariorum.

§. 7. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die undecima junii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus nostri anno quinto.

Datum die 14,  
junii 1775.  
Anno V.

CCL.

Unio hospitalis expositorum civitatis Castellii, cum alio hospitali infirmorum dictæ civitatis.

Dilecto filio magistro Aloisio Gazzoli in utraque signatura Nostra referendario.

Clemens PP. XIV.

Dilecte fili salutem,  
et apostolicam benedictionem.

Memorantur  
providentia ca-  
pta ut consule-  
retur necessita-  
tibus hospita-  
lis expositorum  
s. Mariæ de Mi-  
sericordia.

§. 1. Alias Nos necessitatibus hospitalis expositorum sanctæ Mariæ de Misericordia Fraternalità vulgo nuncupati civitatis Nostræ civitatis Castellii consulere volentes, eique levamen aliquod ab

ære alieno contracto afferre, ac debitæ christianæ educationi pauperum, puellarum et puellarum providere cupientes, ut opus istud pium subjectum publico consilio Regimenti nuncupatum, ac pro tempore existenti dictæ civitatis gubernatori, nec non congregationi venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium bono regimini communitatum, et universitatum status Nostræ ecclesiastici præpositorum utiliter, recteque dirigi, et commode conservari perpetuo posset, per alias Nostras in simili forma Brevis die xxi. martii superioris anni expeditas literas, te in apostolicum illius visitatorem, et commissarium sub certis modo, et forma tunc expressis constituimus, et deputavimus, ac alias prout in eisdem Nostris literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

§. 2. Impositum tibi munus hujusmodi summa diligentia, ac zelo assumpsi, prudenter etiam animadvertendo, quod omnimoda plenaria unio ejusdem loci pii expositorum alteri hospitali infirmorum sub invocatione sancti Floridi civitatis prædictæ, quod commodam possidet domum, et habitationem, secum tulisset considerabilem expensarum diminutionem in locandis, sustentandisque expositis, ac præterea inde obvenirent ea omnia bona, quæ ab unione utriusque piæ institutionis hujusmodi certo certius procedunt. Nos itaque considerantes quanta cum utilitate non solum in archiepiscopali sancti Spiritus in Saxia nuncupato Nostræ almæ urbis, sed etiam alibi, unum, aliudque opus hujusmodi pium simul exercentur, et aliunde etiam comperto, quod æque utilis futura esset prædicta unio in eadem civitate, dignam propterea illam apostolica Nostra approbatione dubio procul esse usque tunc putavimus. Verum quia dictum hospitale expositorum directioni laicalis consilii prædicti opera unius ab eo deputati subjectum reperiebatur; e contra vero hospitale infirmorum regebatur a capitulo ejusdem civitatis per unum pariter ab eo deputatum; hinc ne ulla unquam oriri posset ex unione hac inter utrosque amaritudo, tibi commisimus, et mandavimus, ut antequam unio hujusmodi effectum habitura esset, utriusque cætus ecclesiastici simul, et laicorum mentem, voluntatemque pro ulteriori quietâ, atque pacifica directione, et gubernio utrius-

Laudatur solertia præsulis Gazzoli in executione muneris sibi concrediti adhibita.

que piæ institutionis, unire, et conciliare curares. Re autem ipsa tuos in id contulisti labores, atque effecisti, ut dictum capitulum quatuor ex canonicis suis, memoratum vero consilium totidem ex consiliariis pro negotio hujusmodi agendo respective deputaverint. Ipsi vero sic deputati nonnulla folia distincte ab eis confecta, etque subscripta tibi præsentarunt, ex quibus patebat quid ipsi pro sartis tectisque conservandis proprii respectivi cætus juribus, ac pro utilitate, et bono pii operis post secutam ejus unionem cogitarent; ac postmodum octo omnes deputati hujusmodi coram te simul convenerunt, pro constituendo modo, quo unio hæc fieri, atque loca pia sic unita perpetuo deinde dirigi, et gubernari deberent. Hic autem modus re ipsa confectus, approbatus, et subscriptus fuit a te, quam a septem ex prædictis deputatis, dum unus tantum ex ecclesiasticis eum subscribere immerito recusavit. Vidimus sane hæc originalia folia, sed animo perpentes, quod ex una parte prædicta unio celerem ad divini servitii incrementum exposcit executionem, quodque ex alia parte modus conventus, juxta quem in posterum regi, ac gubernari debeant loca pia unita, antequam approbetur, longiorem, et maturam animadversionem requirit, inspecta quoque deficiente subscriptione unius ex prædictis deputatis, attentisque iis, quæ tam quoad substantiam, quam quoad modum ejusdem unionis tam nomine, et ex parte dicti capituli, quam aliorum ecclesiasticorum, et laicorum dictæ civitatis ad Nos interim delata fuerunt. Hinc est, quod reservata opportunitate temporis approbatione, seu reformatione ejusdem modi a te, et a septem deputatis, ut præfertur, subscripti una cum præscriptione regularum, juxta quas unio dicti hospitalis expositorum cum alio infirmorum dirigenda, et gubernanda erit.

§. 3. Nos motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine per præsentem tibi committimus, et mandamus, ut pro nunc, et sine præjudicio jurium ad quoscumque sive cætus, sive personas, vel ecclesiasticas, vel sæculares spectantium, et pertinentium, ad plenariam, et perpetuam unionem dictorum duorum locorum piorum, cum omnibus, et quibuscumque eorum bonis stabilibus, mobilibus, juribus, et actionibus universis usque nunc auctoritate Nostra

apostolica procedas, illaque plenarie, ac perpetuo unita esse decernas, constituas, atque declares. Nos enim administrationem, et directionem locorum piorum sic unitorum, eorumque bonorum, jurium, et actionum, ab omnibus, et cunctis personis, illam modo obtinentibus avocantes pro nunc, et quousque aliter a Nobis provisum fuerit, eam tibi, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, concedimus, atque committimus, ad hoc ut eandem administrationem, et directionem per modum provisionis detinere, illamque nostro nomine, cum facultate proprio arbitrio tuo nominandi unum, seu plures deputatos ecclesiasticos, sive sæculares, eis tributo priorum, sive alio nomine, prout melius tibi videbitur, simulque eligendi quoscumque alios subalternos ministros, libere, ac licite exercere possis, et valeas: interea vero omnem auctoritatem, ac jurisdictionem sive dicti capituli, sive communitatis hujusmodi, sive cujuscumque alius super præmissis donec, et quousque aliter a Nobis resolutum, ac constitutum sit, motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, suspensas omnino esse volumus, ac declaramus.

§. 4. Decernentes easdem præsentem literas, etiam ex eo, quod prædicti, aliique in præmissis quomodolibet interesse habentes, ad ea citati, et auditi non fuerint, nec causæ propter quas præsentem emanarunt, verificatæ, et justificatæ sint, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, ac nullitatis, aliove quolibet defectu impugnari, retractari, ac in controversiam revocari posse, sed semper firmas, validas, atque efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, illisque, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, atque ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus quorumcumque testatorum, ac fundatorum etiam ultima voluntate, quam quoad præmissa sufficienter, ac expresse commuta-

*Clausula salutaris, et decretum irritans*

*Derogatio contrariarum.*

*Eidem præsuli mandatur, ut unionem decernat cum assignatione omnium bonorum*

mus, nec non Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsitæ non tollendo, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non civitatis, capituli, et hospitalium hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis aliis derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specitica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima quarta junii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quinto.

## CCLI.

Dat. die 16.  
junii 1773.  
Anno V.

Alumnis collegii Urbani de Propaganda Fide assignatur dies pentecostes pro recitatione orationis in cappella pontificia ab aliquo eorum faciendæ.

## Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam,

Proemium.

§. 1. **A**d summum apostolatus fastigium ineffabili Dei clementia, licet immerentes, eVecti, nihil potius habendum Nobis esse intelligimus, quam ut fidei catholicæ lumen ubique splendet, et evangelicæ soæ doctrinæ ad eas quoque gentes perveniat, quas adhuc circumfundit errorum caligine, ac tenebris, intimo cordis nostri dolore, ingemiscimus. Profecto vas illud quasi linteum e cælo demissum in ea mirabili, quam habuit Petrus, visione, et

vox audita *occede, et manduca*, quid aliud voluit, nisi ut princeps apostolorum, ejusque futuri successores perpetuum humani generis in unum ovile congregandi curam haberent? et hi quidem ab Ecclesiæ initio quam fortiter huic negotio peragendo incubnerint, omnes norunt quot quot historiæ sacræ monumenta percurrentes nullam prope orbis extremi partem relictam conspiciunt, quam evangelici præcones a romana Sede ablegati non adierint, et Christi regno lucri facere non fuerint conati. Sed nunquam clarins divini verbi præconium inter gentes enituit, quam post erectam a felicitis recordationis Gregorio pp. XV. prædecessore Nostro congregationem de Propaganda Fide nuncupatam, quæ pontificiæ administrationis præcipuum opus vocari potest, cujusque est munus idoneos operarios in vineam Domini immittere, et rem catholicam sartam tectamque ab hostium incursibus ubique servare.

§. 2. Hujus inter egregia molimina religioni orthodoxæ apprime utilia collegii Urbani de Propaganda Fide fundatio præsertim est recensenda, quod jure, ac merito tamquam seminarium ecclesiæ universalis haberi debet. In eo siquidem nationum soboles a diversis mundi plagis accita, pietate, ac literis imbuitur, proprios ritus, ac linguas ediscit, et omnia demum præsidia comparat, quibus instructos esse oportet Dei ministros, vel spargendo in hæreticos evangelico semini, vel hæreticæ labi impugandæ selectos, ac deputatos. Longum nimis esset hic verbis prosequi, quot viri insignes doctria, et morum sanctitate, quot eximii præsules e dicto collegio prodierint, quantoque studio, ac benevolentia romani pontifices prædecessores Nostri ipsum fovierint, ornaverint, et indultis apostolicis in eum, quod nunc obtinet, splendoris, et celebritatis culmen provexerint. Æquum est igitur, ut Nos etiam in peculiaris argumentum amoris, quo præcellens hoc opus complectimur, et ipsi collegio novum addamus dignitatis incrementum, et ejusdem alumnos filios Nostros, qui de longe venerunt, aliquo singulari favore adauctos, et condecoratos esse velimus.

§. 3. Quare cum nemo ignoret, quod prima fidei promulgandæ contentio a sacro incæpit pentecostes die, quo Spiritus Sanctus illapsus apostolis eorum corda inflammavit, cumque exinde, veluti signo dato, apostolorum coriphæus, et princeps Petrus adeo feliciter suæ

Præstantia con-  
gregationis de  
propaganda  
Fide.

Ratio, et tenor  
concessionis.



prædicationis cursum auspiciatus fuerit, ut uno sermone tria hominum millia in Christi legem attraxerit; nihil aptius censemus, atque opportunius quam si recurrente quotannis hoc ipso die festo prærogativam, et locum dicendi coram Nobis, uti mos est, de Spiritu Paracliti adventu alumnis jam dictis concedamus; sic enim fiet, ut omnes, et singuli suæ vocationis memores, atque juramenti, quod præstiterunt, alacriores evadant ad ministerium apostolatus quandoque obeundum, eosque uberes fructus reddendos, quos mater Ecclesia ab ipsis suo in gremio nutritis, atque educatis cupide multum, ac sollicitè expectat. Volumus tamen, ut eorum nullus hanc sermocinandi provinciam assumat in sacello Nostro pontificio, nisi quem dilectus filius magister Stephanus Borgia modernus, et pro tempore existens dictæ congregationis de Propaganda Fide secretarius tamquam prælibati collegii superior, ac moderator ad hoc officium elegerit, et voce, vel scripto ejusmodi facultatem tribuerit.

§. 4. Decernentes easdem præsentis literas, et in eis contenta quæcumque semper firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque planarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima sexta junii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quinto.

Clausulæ salutare, et irritantes.

Derogatio contrariorum.

CCLII.

Datum die 16. junii 1773.  
Anno V.

Supplicante regina Hungariæ prohibitio capitularibus ecclesia Olomucensis ne vacante dicta ecclesia audeant ad electionem novi episcopi seu administratoris devenire sine licentia Sedis apostolicæ.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **P**astoralis officii Nobis, meritis licet imparibus, desuper commissi cura expostulat, ut Nos omnibus, et singulis, quæ ecclesiarum quarumlibet, præsertim cathedralium necessitatem respiciunt, opitulante divini numinis gratia, sedulo occurramus, hinc est, quod Nos indigentis ac necessitatibus cathedralis ecclesiæ Olomucensis consulere, eisque opportunum remedium adhibere cupientes, ac piissimis charissimæ in Christo filiæ Nostræ Mariæ Theresiæ Hungariæ apostolicæ, et Bohemiæ reginæ illustris votis idipsum anhelantibus annuere volentes, ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, teore præsentium, omnibus, et singulis capitularibus prædictæ ecclesiæ Olomucensis, ne in eventum vacationis ejusdem ecclesiæ, ullatenus audeant ipsi, nec ipsorum quilibet audeat ad aliquam electionem novi episcopi, seu administratoris episcopatus Olomucensis devenire, nisi præcedente Nostra, et Sedis apostolicæ licentia, alias quævis electio dicti novi episcopi contra Nostrarum præsentium literarum tenorem quomodolibet facta irrita sit, et nulla, interdicimus, et prohibemus. Mandantes propterea eisdem capitularibus omnibus in virtute sanctæ obedientiæ, et sub indignationis Nostræ aliisque arbitrio Nostro imponendis pœnis, ne posteaquam præsentis Nostræ literæ eis intimatæ, præsentatæ, vel alias quomodolibet ad eorum notitiam deductæ fuerint, ipsi, vel eorum aliquis quidquam contra earum formam, et tenorem agere, vel quovis modo innovare præsumat. Decernentes ex nunc irritum, et inane quidquid secus super his a quocumque scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Tenor precum et gratiæ.

§. 2. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ ecclesiæ ejusque capituli et etiam juramento, confirmatione apostolica, vel

Derogatio contrariorum.

quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima sexta junii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio pontificatus Nostri anno quinto.

Datum die 18.  
junii 1773.  
Anno V.

CCLIII.

Confirmatio decretorum congregationis Rituum super recitatione officii, et missæ sanctæ Rosæ Limanæ.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Preces primitus porrectas pro obtinenda facultate recitandi missam, et officium s. Rosæ.

§. 1. **A**lias venerabilis frater Didacus Antonius archiepiscopus Limanus supplices Nobis porrexit preces pro facultate recitandi anno quolibet officium, ac celebrandi missam translationum reliquiarum sanctæ Rosæ a sancta Maria virginis Limanæ totius regni Peruviani patronæ ab universo clero ejusdem regni; auditaque desuper relatione dilecti filii Nostri Marii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Marefuschii congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium, sacris ritibus præpositorum præfecti, petiti gratiæ Nos annuendum esse censuimus, editumque fuit decretum tenoris, qui sequitur, nempe,

Regni Peruviani, seu Limana.

Tenor primæ concessionis.

§. 2. Cum rñus archiepiscopus Limanus sanctissimo domino nostro Clementi papæ XIV. humillimas preces porrexerit pro facultate singulis annis recitandi ab universo clero regni Peruviani officium, et celebrandi missam trans-

lationum reliquiarum sanctæ Rosæ a sancta Maria virginis Limanæ totius dicti regni patronæ, Sanctitas Sua ad relationem eminentissimi, et reverendissimi domini cardinalis Marii Marefuschii Sacræ Rituum congregationis præfecti censuit annuendum pro gratiæ concessionis officii, et missæ translationis dictarum reliquiarum de communi virginum cum lectionibus secundi nocturni approbandis sub ritu semiduplici pro die a dicto reverendissimo archiepiscopo designanda, servatis breviarii, et missalis romani rubricis. Die 27. Februarii 1773.

M. card. Marefuschus præfectus.

Loco ✕ Signi

M. Gallo S. R. C. Secretarius.

§. 3. Deinde vero idem Didacus Antonius archiepiscopus iterum Nobis humiliter supplicari fecit, ut orationem, ac lectiones proprias secundi nocturni in præfato officio recitandas approbare de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque orationem, et lectiones hujusmodi ab eodem Mario cardinali, et præfecto revisas, atque correctas alio decreto approbavimus, easque ab utroque clero dicti regni recitare posse censuimus; tenor vero orationis, ac lectionum hujusmodi, et secundi hujus decreti est qui sequitur, videlicet,

Aliæ preces pro obtinendis lectionibus propriis, et oratione.

*In festo translationum reliquiarum sanctæ Rosæ virginis Limanæ*

ORATIO

§. 4. Omnipotens sempiterne Deus, qui mundi contemptum te diligentibus inspirasti, da nobis in commemoratione sanctæ Rosæ virginis, ejus intercessionem terrena despiciere, et amare cœlestia, Per Dominum etc.

Tenor orationis.

*In secundo nocturno*

LECTIO IV.

§. 4. Sanctæ Rosæ Limanæ virginis tertii ordinis sancti Dominici corpus vere fuisse templum Spiritus Sancti, in quo Deum glorificavit, atque portavit, dum viveret, etiam postquam sepulturæ mandatum fuit, manifesto apparuit. Cum enim ob eximia curationum beneficia populi frequentia in dies magis cresceret, prioribus civitatis sa-

Tenor lectionis IV. in secundo nocturno.



erum illud corpus in locum celebriorem transferendum enixe postulantibus, decreto archiepiscopi Limani extractum, ita incorruptum repertum est, ut etiam suavem odorem efflaret. Deposita fuit decentissime ad dexteram aræ majoris, Verum ob copiosam multitudinem offerentium ibi vota sua, alius locus eidem collocando eligendus fuit, sacellum scilicet sanctæ Catharinæ Senensis, quæ illi jam ab infantia spiritualis vitæ magistra a Christo data fuerat. Debeatur enim tam simili filiæ sinus seraphicæ matris ad quietem.

## LECTIO V.

Tenor lectionis quintæ.

§. 6. Quam vero sublimem gloriæ gradum in cælis obtineat, ostendit Deus maximis signis, quorum illa celeberrima, et crebra fuere, quæ, ut ait sanctus Augustinus, cæli, et terræ creationem excedunt, conversiones scilicet peccatorum insignes, quæ ejus meritis obtentæ a Deo fuerunt. Ad solum enim virginei corpuscoli contactum, agente intus Deo, quamplurimi repentis compunctionis stimulis ita fuere percussi, ut confestim elatis vocibus anteactæ vitæ scelera detestati fuerint, prorampentes in lacrymosam criminum confessionem, audiente, spectante, et mirante circumstantium turba. Ne igitur tantæ consolationis memoria e fidelium mentibus unquam excideret, tum ut ad ejus imitanda virtutum exempla acrius omnes excitarentur cogitationes, quæ nobis Deus servet in regione vivorum, qui tanta præstat de pulvere mortuorum, Clemens XIV. pontifex maximus, ut dies festus anniversarius translationum reliquiarum sanctæ Rosæ ab universo clero regni Peruviani celebraretur, benigne indul-

## LECTIO VI.

*Ex libro sancti Augustini Episcopi de sancta virginitate cap. 2. et 12.*

Tenor lectionis sextæ.

§. 7. Cum ipsa universa Ecclesia virgo sit desponsata uni viro Christo, sicut dicit apostolus, quanto digna sunt honore membra ejus, quæ hoc custodiunt etiam in ipsa carne, quod tota custodit in fide? Proinde cum universa Ecclesia sit sancta et corpore, et spiritu, quanto sanctior est in his membris, ubi virgo est et corpore, et spiritu? Habeant conjugia bonum suum: virginalis autem integritas et per piam

*Bull. Rom. Tom. IV.*

continentiam ab omni concubitu immunitas angelica portio est, et in carne corruptibili incorruptionis perpetuæ meditatio.

## Regni Peruviani, seu Limana

§. 8. Concessis jam a ssmo domino nostro Clemente pp. XIV. die xxvii. februarii currentis anni universo clero regni Peruviani officio, et missa de communi virginum in festo translationum reliquiarum sanctæ Rosæ a sancta Maria virginis Limanæ præfati regni patronæ principalis sub ritu semiduplici pro die a rmo archiepiscopo designanda; idem rmus archiepiscopus iterum ssmo domino Nostro pro approbatione orationis, ac lectionum propriarum secundi nocturni in præfato officio recitandarum humillime supplicavit. Et Sanctitas Sua superscriptas orationem, et lectiones proprias ab eño, et rmo domino cardinali Marefusco sacræ Rituum congregationis præfecto accurate revisas, atque correctas benigne approbavit, easque ab utroque clero dicti regni recitari posse concessit. Die xxiii. aprilis MDCCCLXXIII.

Approbatio clarum lectionum, et orationis.

§. 9. Cum autem, sicut Nobis nupur exponi fecit ipse Didacus Antonius archiepiscopus præmissa omnia, quo firmius subsistant, et serventur exactius apostolicæ Nostræ confirmationis patrocinio communiri plurimum desideret, Nos eundem exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis novissime super hoc porrectis inclinati, præinserta decreta una cum oratione, et lectionibus prædictis auctoritate nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiciamus.

Confirmantur decretum, et concessiones.

§. 10. Decernentes ipsas præsentis literas firmas, validas, et efficaces, existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apo-

Clausulæ efficacissimæ, et irritantes.

stolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contra riorum.

§. 11. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima octava junii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 19.  
Junii 1773.  
anno V.

CCLIV.

Confirmatio laudi seu sententiæ ab auditore domini cardinalis Borromæi legati Romandiolæ super dependentia nonnullorum castrorum a civitate Imolensi editæ.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. **C**om mendatam Nobis una cum suprema Ecclesiæ, et reipublicæ administratione omnium populorum apostolicæ Sedis temporali dominio subditorum felicitatem pro viribus conservare, et augere cupientes, hinc ea omnia, quæ ad pacem, quietem, concordiamque inter illos firmandam ac fovendam prudenter, ac provide constituta fuisse noscuntur, apostolici Nostri muniminis præsidio roboramus, sicuti rerum, locorum, atque personarum qualitate mature perpensa in Domino salubriter expedire arbitramur.

Constitutio Julii II. super restitutione castrorum facienda favore communitatis Imolensis,

§. 2. Sane pro parte dilectorum filiorum communitatis, et hominum civitatis Nostræ Imolensis Nobis nuper expositum fuit, quod alias felicitis recordationis Julius pp. II. prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis die quarta novembris 1504. expeditas literas declaravit subdita esse sibi, atque communitati, et consilio dictæ civitatis castra existentia in ejus comitatu, ac inter ea Casolam, Riolum, et Mordanum, atque insuper jussit, et præscripsit, ut in casu, quo ab apostolica hac sancta Sede recuperata fuissent illa, quæ tunc ab aliis detinebantur, eidem civitati forent restituenda.

Executio data Pontificiæ constitutioni,

§. 3. Sequenti itaque anno 1505. a republica Venetiarum castrum Casolæ ab ea tunc retentum re ipsa restitutum

fuit: vix autem secuta hujusmodi restitutione, tunc existens commissarius apostolicus illud consignavit magistratui Imolensi, cui castra prædicta vigore earumdem literarum, et respective consignationis hujusmodi eodem anno 1505 juramentum fidelitatis præstiterunt, ac alias prout in actis Sygismundi Marconi tunc temporis notarii Imolensis uberius dicitur contineri. Consilium proinde dictæ civitatis super eisdem castris exercuit jurisdictionem, et auctoritatem sibi a romanis pontificibus tributam non solum mediate, opera nempe unius consilarii anno quolibet ab eo deputati pro gubernio uniuscujusque ex castris prædictis cum facultate judicandi in civilibus causis, ac omnimode præsidendi æconomico regimini illarum communitatum, sed etiam directe, ac immediate; quippe quia idem consilium in gravioribus rebus dictarum communitatum, quæ opportuna esse censuit, decrevit, et ordinavit, earumque annonæ consuluit, ac illis facultatem concessit renovandi catastra, atque capitula condendi quoad earum appaltus, seu datia; ac rursus opportuna adhibuit remediâ malis, seu inordinationibus, quæ in earum consiliis irrepsisse, viderentur, ope reformationis numeri, ac personarum illud constituentium. Immediate quoque communitatibus, et hominibus dictorum castrorum idem consilium præcepit, ut in civitatis Imolensis auxilium, servitiumque currus, aliaque suppeditarent eo tempore, quo statio militum exterorum anni 1736, 1742, 1743, 1744, in ea reperiebatur. Tam scripto igitur, quam factis castra prædicta hanc illorum subjectionem erga eandem civitatem semper admiserunt, et fassa sunt, nec unquam eam in dubium revocare, aut perturbare cogitarunt usque ad annum 1766, quo quidem tempore loquendi modus ex parte nonnullorum ex dictis castris tunc adhibitus animum eandem subjectionem amplius non dignoscendi satis superque patefecit.

§. 4. Quæ de re consilium præfactæ civitatis, ut sartum tectumque conservaret suum jus, petiit, obtinuitque in tribunali dilecti etiam filii causarum curiæ cameræ apostolicæ generalis auditoris monitorium jactationum super manutentione adversus castra prædicta, vi cujus introducta lite coram dilecto itidem filio magistro Francisco Carrara uno ex locumtinentibus dicti tribunalis, is sua sententia

Lites subortæ circa exercitium jurisdictionis.

declaravit, præfatam civitatem manutendam esse non solum in sua possessione jurisdictionis super castra prædicta, quoad civilia, et œconomiam respicientia, quemadmodum communitas ipsa petierat, sed etiam quoad criminalia, licet id nunquam memorata civitas sibi competere asseruisset, sed ad superiores majores semper spectare prænoverit. Adversus sententiam hanc appellatione prius a castris prædictis interposita, deinde eorum nomines supplices Nobis porrectæ fuerunt preces, quibus postulabatur, ut novum causæ hujusmodi examen alteri judici committendum esset. Nos tamen quieti, et tranquillitati utriusque partis charitate paterna consulere volentes, et litem hanc penitus dirimere desiderantes, porrectas preces Nostro rescripto edito die decima nona januarii 1771. remisimus dilecto filio Nostro Vitaliano Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinali Borromæo nuncupato provinciæ Romandiolæ, et exarchatus Ravennæ de latere legato, eique amplam, et plenam facultatem concessimus judicandi, ac terminandi causam prædictam ope laudi, seu transactionis, Nostra desuper approbatione reservata. Postmodum ipse Vitalianus cardinalis, et legatus iudicium hujusmodi dilecto quoque filio Calixto Marini ejus auditori commisit, qui die undecima januarii 1772. suum protulit laudum, quod memorata civitas Imolensis per publicum instrumentum deinde approbare, atque acceptare debuit; tenor vero dicti laudi, et instrumenti hujusmodi est qui sequitur nempe.

In Christi nomine amen etc.

Anno Domini 1772. indictione 5. divo Clemente XIV. papa sedente, et die sabathi tertia mensis octobris.

Tenor laudi  
editi ad lites  
obtruncandas.

§. 5. Essendo che nell' anno prossimo scaduto 1771. tra le molto illustri comunità di Riolo, Casola, e Mordano da una etc., e l' illma comunità d' Imola dall' altra parte insorgessero varie controversie, pretensioni, e differenze in materia di giurisdizione, pretendendo quelle di non avere alcuna dipendenza da questa, e pretendendo questa di avere una piena, e totale giurisdizione sopra di esse, motivo per il quale il fisco generale, e la sagra consulta ricorsero alla santità del glorioso regnante sommo pontefice mediante umilissima supplica, colla qua-

le si degnò rimettere un tale affare alla somma prudenza, e rettitudine dell' emò, e rmo sig. cardinale Vitaliano Borromæo legato deguissimo di questa provincia di Romagna con amplissima facoltà di decidere, comporre, e transiggere anche ex officio ec. sopra le dette insorte controversie, come appare dal benigno rescripto in data delli 19. gennaro anno scorso 1771, che in copia autentica a me notaro ec. si consegna ad effetto d' inserirlo nel fine del presente ec. ut sit pars etc.

In sequela di che avendo il prelodato emò, e rmo sig. cardinale legato a norma delle preci per parte delle illme comunità d' Imola, Mordano, Riolo, e Casola, con suo benigno rescripto, che pure in copia autentica mi si dà in data dei 29. gennaro anno corrente 1772. affine d' inserirlo ec. ut similiter sit pars etc. deputato l' illustrissimo sig. abbate Calisto Marini suo sig. uditore meritissimo di camera, per esaminare, e laudare sulle controversie medesime; quale esame essendo di già seguito, intesi tanto in iscritto, che in voce li difensori dell' una e dell' altra parte, coll' avere, detto sig. uditore, promulgato il suo laudo, col quale dichiara, che le suddette comunità di Riolo, Casola, e Mordano sono del territorio, e contado della città d' Imola, in conformità di quanto anche fu dichiarato dalla sacra rota romana nella decisione 177. impressa appresso il de Vecchis ad Bullam Romani regiminis; siccome pure con detto laudo è stato dichiarato di competere il gius all' illustrissima comunità, e città d' Imola di eleggere il podestà, vicario, e capitano rispettivamente, il quale come giudice ordinario, e rappresentante di detta città d' Imola in detti castelli, e suoi distretti conosca le cause civili, e quelle componga, e finisca, e che inoltre assista ai consigli in quella conformità è stato finora praticato, e che colle facoltà economiche possa far render conto dell' amministrazione di tutte le rendite, e proventi comunitativi di detti castelli, siccome pure di tutto ciò, che spetta, ed appartiene alle annone frumentarie, ed olearie, colla facoltà principalmente di considerare, ed osservare, e sottoscrivere le tabelle delle rispettive comunità, le quali poi si trasmettono alla legazione, e di poi alla sacra congregazione del Buon Governo; e finalmente rimane dichiarato, e laudato di competere alli suddetti capitano, podestà, e vicario rispet-

tivamente il gius di conoscere, e terminare le cause dei danni dati semplicemente in conformità della Bolla della santa memoria di Benedetto XIV. del 25. gennaio 1751. alla quale ec.

In somma, che detti giurisdicenti tanto nel civile, quanto nel regimento economico debbano essere riconosciuti dalla comunità delli castelli, rispettati, ed obbediti, come rappresentanti l'illma comunità, e città d'Imola, che gli elegge, e gli investe di una tal carica; nel rimanente poi vien dichiarato, e laudato, che alla prefata illma comunità d'Imola non è competuto, nè compete il gius di vassallaggio, nè di feudalità sopra li nominati castelli, nè qualunque altro simile gius, e principalmente di esercitare la giurisdizione criminale nè direttamente, nè indirettamente nelli detti castelli, e suoi distretti per mezzo de' suddetti rispettivi podestà, vicario, e capitano, nè per mezzo di qualsivoglia altra persona da eleggersi, e deputarsi da detta illustrissima comunità d'Imola; ma che ogni, e qualunque giurisdizione criminale spetta, e spettar debba al governatore, e curia di detto governatore della città d'Imola, ed alla curia generale della legazione di Romagna, e come più diffusamente risulta dal medesimo laudo, ossia sentenza del prelodato illustrissimo sig. uditore Marini giudice come sopra deputato, e pubblicata sotto li 31. gennaio corrente anno 1772, che in copia autentica a me ec. si consegna per inserirlo in fine di questo ec. ut pariter sit pars etc. ed alla quale ec.

§. 16. Nos igitur ipsos exponentes propter singularem eorum in Nos, et apostolicam hanc sanctam Sedem devotionem, ac fidem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et quarumcumque controversiarum initium re-

Confirmatur, et declaratur Transactio adjecto onere subjectionis castrorum in negociis, et rebus civilibus atque æconomicis.

movere cupientes, nec non dictorum exponentium singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audita super præmissis relatione, ac voto ejusdem Vitaliani cardinalis, et legati, præinsertum laudum, ac stipulatum desuper instrumentum auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque perpetuæ inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adijcimus, nec non ea servari omnino, et exequi volumus, et mandamus: ac præterea, quatenus opus sit, quod castra Rioli, Casulæ, et Mordani debeant in negotiis, et rebus civilibus, atque æconomicis suam ipsorum dependentiam non tantum a iudicibus per civitatis Imolæ consilium electis, et destinatis, sed imo, atque eo magis ab ipso civitatis consilio, vel a magistratu per idem consilium specialiter deputando, auctoritate, et tenore prædictis declaramus.

§. 17. Decernentes easdem præsentibus literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 18. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quibusvis aliis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima nona junii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quinto.

CCLV.

Datum die 23.  
Junii 1773.  
Anno V.

Monasterium monialium ordinis Prædicatorum in loco de Tulna Passaviensis diœcesis existens eximitur a jurisdictione fratrum ejusdem ordinis, et episcopo subijcitur.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Cum sicut ex plurium fide dignorum concordia testimonio nuper accepimus, in monasterio dilectarum in Christo filiarum monialium ordinis Prædicatorum loci de Tulna diœcesis Passaviensis rationes adeo inversæ existant, et in angustiis versentur, ut regulari quoque observantiæ non leve intulerint præjudicium; quocirca opus omnino sit, eas omnes minuere expensas, quæ periclitanti conservationi piæ illius communitatis re ipsa necessariæ minime dignoscantur. Nos igitur pro commissi nobis pastolaris officii munere, ejusdem monasterii indigentis, ut illud in posterum quoque, benedicente Domino, perpetuo servetur, et majora in dies suscipiat incrementa, paterna charitate consulere, atque laudabilibus carissimæ in Christo filiæ Nostræ Mariæ Theresiæ Ungariæ apostolicæ, et Bohemiæ reginæ illustris enixis votis dicti monasterii conservationem anhelantibus libenti animo annuere volentes, monasterium prædictum a non levi quidem onere manutentionis nonnullorum fratrum dicti ordinis in loco de Tulna hujusmodi ea tantum de causa commemorantium, ut spirituali ipsarum monialium directioni operam dare valeant, immune reddere, illique de congruo, nec sumptuoso spirituali auxilio providere, decrevimus.

§. 2. Motu itaque proprio, atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, prædictum monasterium monialium ordinis Prædicatorum loci de Tulna a dependentia, regimine, et gubernio fratrum dicti ordinis Prædicatorum perpetuo eximimus, atque illud omnimodæ jurisdictioni tam in spiritualibus, quam in temporalibus dilecti filii Nostri Leopardi Ernesti Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis de Firmian nuncupati moderni, et pro tempore existentis episcopi Passaviensis subijcimus.

Ratio concessionis.

Clauula efficacissima, et irritantes.

Derogatio contrariorum.

Motus proprius pro liberatione a dependentia fratrum ordinis, et subjectione ordinario.

Eximuntur literæ  
a vitio obreptionis,  
et subreptionis,

§. 3. Decernentes ipsas præsentibus literas, neque etiam ex eo, quod in præmissis interesse habentes citati, vocati, & auditi, & causæ propter quas emanarunt, verificatæ, & justificatæ minime fuerint, de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut nullitatis, aliove quamvis magno defectu notari, impugnari, aut in dubium revocari posse, sed semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula sublata,  
et decretum irritans.

§. 4. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrarium,

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis etiam in universalibus, provincialibusque conciliis editis, ac ordinis, et monasterii huiusmodi etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, at aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima junii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus nostri anno quinto.

CCIVI

Dat. die 25  
junii 1773.  
Anno V.

Mandatum domino cardinali Aquaviva capiendi possessionem bonorum spectantium tam ad collegium Germanicum et Hungaricum in ducatu Urbini quam ad collegium societatis Jesu erigendum in civitate Senogallia.

Dilecto filio nostro Paschali S. R. E. diacono cardinali Aquaviva de Aragonia nuncupato in Urbinatensi, Engubina Pisarense, et reliquis civitatibus et oppidis apostolico incorporationis decreto comprehensis, et ad apostolicam Sedem devolutis pro = præsi.

Clemens PP. XIV.

Dilecte fili noster salutem  
et apostolicam benedictionem.

§. 1. **C**um super bonis, rebus, ac iuribus tam ad collegium Germanicum, et Hungaricum almæ urbis spectantibus, et in castro montis Radium, aliisque locis ducatus Urbinatensis existentibus, quam ad collegium clericorum regularium societatis Jesu in civitate nostra Senogalliensi erigendum pertinentibus nonnullæ provisiones, ordinationes, atque dispositiones præscribere intendamus, hinc, ut hæc omnia commodius et facilius suum consequantur effectum circumspectioni tuæ per præsentem injungimus, ut per te, vel alium, seu alios corporalem, realem, et actualem possessionem dictorum bonorum ad utrumque collegium huiusmodi tam erectum, quam erigendum spectantium, et pertinentium, et illis forsitan annexorum, juriisque, et pertinentiarum suarum quarumcumque nostro, et Sedis apostolicæ nomine, omnibus mora et dilatione postpositis apprehendas atque quoscumque clericos sæculares dictæ societatis ad custodiam, seu regimen eorumdem bonorum, seu alios quomodolibet deputatos amoveas, aliosque prohibitate, et integritate præstantes viros in eorum locum pro recta bonorum huiusmodi administratione, eligas, ac deputes, nec non archivia, libros, et scripturas prædicta bona, eorumque administrationem quovis modo respicientia in tuto ponere, et conservare cures, et facias

Præceptum de  
capienda possessione bonorum.

§. 2. Ut autem præmissa omnia, et singula debitæ executioni demandentur, omnibus et singulis locorum ordinariis, gubernatoribus, locumtenentibus,

Omnibus committitur ut necessaria præbeant pro plena literarum executione.

prætoribus, et alijs quocumque nomine nuncupatis officialibus, et ministris civitatum, terrarum, et locorum Nobis, et S. R. E. subiectorum quavis potestate, auctoritate, et privilegio suffultis, nec non comunitatibus, ac universitatibus earumdem civitatum, terrarum, et locorum, omnia et quæcumque occasione præmissorum, quæ tibi necessaria et opportuna visa fuerint, et quoties volueris, injungendi, mandandi, iubendi, et imperandi; ac mandatis tuis obtemperare recusantes per censuras et poenas ecclesiasticas, aliasque opportuna juris, et facti remedia cogendi, et compellendi plenam, liberam, absolutam, et omnimodam facultatem, potestatem et auctoritatem tenore præsentium tibi concedimus, et impetitur.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinibus apostolicis ac prædictæ societatis et collegiorum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apost., vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quinta junii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio pontificatus nostri anno quinto.

CCLVII.

Datum die 26.  
junii 1773.  
Anno V.

Mandatum R. P. D. episcopo Montis Alticiendi possessionem nomine summi Pontificis, et Sedis apostolicæ bonorum spectantium ad collegium Romanum Societatis Jesu loci Fiastra nuncupati

Venerabili fratri Francisco Antonio episcopo Montis Altici

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. **C**um super bonis, rebus, ac juribus ad collegium Romanum Societatis Jesu spectantibus, et in loco de Fiastra nuncupato Nullius seu Cameriniensis, ant alterius diocesis existentibus non nullæ provisiones, ordinationes, atque dispositiones præscribere intendamus, hinc ut præmissa omnia commodius, et facilius suum consequantur effectum fraternitati tuæ per præsentem committimus, et mandamus, ut per te, vel alium, seu alios corporalem, realem, et actualem possessionem bonorum prædictorum ad collegium Romanum hujusmodi spectantium, et pertinentium, et illis forsan annexorum, juriumque, et pertinentiarum suarum quarumcumque Nostro, et Sedis apostolicæ nomine, omnibus, mora et dilatione postpositis, apprehendas, atque quoscumque clericos regulares dictæ Societatis ad custodiam, seu regimen eorundem bonorum, vel alios quomodolibet deputatos amoveas, aliosque prohibitate, integritate præstantes viros in eorum locum pro recta bonorum hujusmodi administratione eligas, ac deputes; nec non archivium, libros, et scripturas prædicta bona, eorumque administrationem quovis modo respicientia in tuto ponere, et conservare cures, et facias. Nos enim ad præmissa omnia peragenda plenam, et amplam facultatem auctoritate apostolica tenore præsentium tibi concedimus, et impertimur. Quocirca dilecto filio magistro Jacobo Filomarino civitatis Nostræ Montis Altici, ejusque comitatus et districtus præside per præsentem præcipimus, ut tibi in præmissis efficacis defensionis præsidio assistat, tuæque monita, et mandata quæ quoquomodo earumdem præsentium executionem respiciant, exequi omnino curet, et faciat.

Electio commissarii apostolici pro executione mandati super possessione capienda.

Quicumque commissario apostolico resistet rebellis declaratur, et condignæ pœnæ subjicitur.

§. 2. Mandantes præterea in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, aliisque arbitrio Nostro imponendis pœnis, omnibus, et singulis ad quos spectat, ut tibi in præmissis pareant, et obediant, tuæque jussa, et mandata humiliter suscipiant, et efficaciter adimplere procurent, alioquin sententiam, sive pœnam, quam rite tuleris, seu statueris in rebelles, faciemus, auctorante Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac Societatis, et collegii hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima quinta junii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 7. julii 1773. anno V.

CCLVIII.

Facultas moderno, et pro tempore existenti superiori monasterii sancti Bertini ordinis sancti Benedicti deputandi presbyteros pro absolutione a reservatis.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Memorantur plurima privilegia Abbati monasterii a diversis Pontificibus indulta.

§. 1. Alias felicitis recordationis Leo pp. X., et Clemens pp. VII. prædecessores Nostri per suas sub plumbo anno MDXIX. et respective anno MDXXV. expeditas literas pro tempore existenti

abbati monasterii sancti Bertini ordinis sancti Benedicti Audomarensis civitatis, ejusque ecclesiæ, nec non etiam ecclesiæ sancti Mummolini nuncupatæ ab eo dependenti nonnulla privilegia, et gratias concesserunt, ac indulserunt, quæ postea a rec: me: Clemente pp. VIII. prædecessore quoque Nostro per suas in simili forma Brevis die iii. junii anni MDXCIII. expeditas literas sub certis modo, et forma tunc expressis approbata, et confirmata fuerunt, ac alias prout in eorundem prædecessorum literis prædictis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius dicitur contineri.

§. 2. Nos igitur ecclesias prædictas, ac dilectum filium modernum, et pro tempore existentem superiorem claustralem, seu regularem dicti monasterii specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censes, supplicationibus dicti moderni superioris nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, eidem nunc, et pro tempore existenti superiori regulari dicti monasterii, ut tam ipse, quam sui in officio hujusmodi successores, absente ejusdem monasterii abbate commendatario, vel eo deficiente, inter præsbiteros tam sæculares, quam cujusvis ordinis, et instituti regulares ab episcopo Audomarensi ad confessiones Christifidelium audendas approbatos, eos quotannis deputare valeant, qui die festo dedicationis earundem respective ecclesiarum, ac in aliis duobus diebus immediate antecedentibus festivitatem hujusmodi, Christifidelium eorundem confessionibus diligenter auditis, ipsos, et eorum quemlibet ab omnibus, et singulis peccatis, criminibus, et excessibus, ac etiam Sedi apostolicæ reservatis casibus, exceptis sententiis in Bulla cænæ Domini, absolvere, et pro commissis pœnitentiam salutarem injungere, nec non vota quæcumque, ultramarino, visitationis limitum apostolorum Petri, et Pauli, ac sancti Jacobi de Compostella, religionisque, et castitatis votis dumtaxat exceptis, in alia pietatis opera commutare valeant plenam, et liberam deputandi facultatem apostolica auctoritate tenore præsentium tribuimus, et impertimur.

Novum privilegium conceditur deputandi confessarios, qui certis vicibus a reservatis absolvere valeant



Concessio plenaria indulgentiæ favore eorum qui certis diebus, et præstitis conditionibus ecclesiam monasterii, et sancti Mummolini visitaverint.

§. 3. Præterea omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione reffectis, qui sive ecclesiam dicti monasterii sancti Bertini, sive præfatam ecclesiam sancti Mummolini nuncupatam die, quo festum illarum dedicationis respective celebrari solet, a primis vespers usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro Sanctæ Romanæ Ecclesiæ exaltatione, principum christianorum unione, infidelium conversione, hæresum extirpatione, prout unicuique suggererit devotio, pias ad Deum preces effuderint, plenam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vii. julii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quinto.

Datum die 9. julii 1773. Anno V.

CCLIX.

Unio ecclesiarum Syrmienensis, et Bosnensis etc.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. **U**niversi orbis ecclesiis, eo disponente, qui cunctis imperat, et cui omnia obediunt, meritis licet imparibus præsidentes, in omnes agri Dominici partes oculos Nostræ mentis vigilis more pastoris intendimus, inspecientes quid ecclesiarum ipsarum præsertim cathedralium statui, et decori maxime conveniat, atque hoc quidem tanto liberalius, promptiusque curandum censemus, quanto magis sublimium personarum vota id exposcunt, et Nos in Domino salubriter expedire cognoscimus.

Expositio precum correctarum.

§. 2. Sane pro parte carissimæ in Christo filiæ Nostræ Mariæ Theresiæ Ungariæ apostolicæ, et Bohemiæ reginæ illustris expositum Nobis fuit, quod propter tenuitatem reddituum cathedralis ecclesiæ Syrmienensis, ad quam, dum illa pro tempore vacat, nominatio personæ idoneæ romano Pontifici pro tempore existenti faciendâ ad eandem

Mariam Theresiam reginam ratione regni Hungariæ ex fundatione, vel dotatione spectat, et pertinet, quæque per translationem bo. me. Joannis Baptistæ Paxy olim illius episcopi ad ecclesiam Zagabriensem, de præsentis vacans, existit, non solum canonicis, et capitulo caret, verum etiã seminario, episcopali residentia, et cathedrali quoque ecclesia penitus destituta reperitur. Ut autem tot tantisque hujusmodi necessitatibus consultum sit, eadem Maria Theresia regina pro sua eximia, qua pollet, pietate, et singularis religionis zelo præfatam ecclesiam Syrmiensem alteri finitimæ ecclesiæ Bosnensi, ad quam dum illa etiã pro tempore vacat, nominatio personæ idoneæ romano pontifici pro tempore existenti faciendâ ad ipsam Mariam Theresiam ratione regni Hungariæ hujusmodi ex fundatione, vel dotatione, aut privilegio apostolico, cui non est hactenus in aliquo derogatum fore dignoscitur, quæ insuper decenti episcopali domo, atque cathedrali ecclesia ornata reperitur, apostolica auctoritate æque principaliter, et in perpetuum unire plurimum desiderat.

§. 3. Nos igitur, omnibus mature perpensis, ac laudabilibus, enixisque ipsius Mariæ Theresiæ reginæ votis, quantum cum Domino possumus, annuere volentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, dictas Syrmiensem, et Bosnensem ecclesias auctoritate apostolica tenore præsentium æque principaliter, et in perpetuum unimus, ita quod dictarum unitarum ecclesiarum unus præsul, et episcopus sit; diœceses vero harum respective ecclesiarum, ut antea, sic et in posterum perpetuis futuris temporibus separatæ, ac illæ remaneant, et jurisdictioni venerabilis fratris archiepiscopi Coloczen uti suffraganeæ subiectæ existant.

Concessio gratia juxta petita.

§. 4. Volumus autem, ut redditus quicumque ad dictam ecclesiam Syrmiensem spectantes (comprehensis etiã iis, qui ab ærario regio persolvuntur) integre, et absque ulla diminutione applicentur præfatæ ecclesiæ Bosnensi, cujus propterea taxa respectu applicationis hujusmodi augeatur in florenis centum triginta tribus, ac uno tertio, ad quos memorata ecclesia Syrmienensis taxata apparet, salvisque præterea juribus, si quæ habet ecclesia Quinqueclesiensis, in posterum episcopum pro tempore Bosnensem etiã episcopum Syrmiensem nuncupari debere auctoritate,

Speciales providentiæ quoad redditus bonorum.

et tenore prædictis præcipimus, et mandamus.

Clausulæ salu-  
tares, et irri-  
tantes.

§. 5. Decernentes ipsas præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, eïam de latere legatos, ac Sedis apostolicæ nuntios iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Om nîbus in  
contrarium fa-  
cientibus dero-  
gatur.

§. 6. Non obstantibus Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis de jure quæsito non tollendo, ac de unionibus committendis ad partes, citatis quorum interest, ac Lateranensis concilii novissime celebrati uniones perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, nec non felicis recordationis Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque quibusvis apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, dictarumque ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogationis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut aliqua exquisita forma ad id servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die nona julii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus nostri anno quinto.

CCLX.

Dat. die 20.  
julii 1775.  
Anno V.

Dispensatio super perpetua abstinentia ab esu carniū pro monachis monasterii sancti Ghisleni, ordinis sancti Benedicti Cameracensis diocesis.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Amandas de Caziez abbas monasterii sancti Ghisleni ordinis sancti Benedicti diocesis Cameracensis in Hannonia, et monachi omnes dicti monasterii, quod ad instar aliorum monasteriorum in Belgio existentium, istud quoque sancti Ghisleni sub regula, et constitutionibus ordinis sancti Benedicti congregationis Brusfaldensis erectum, fundatumque fuit centum, et quinquaginta annis prius quam in Lotharingia constituta reperiretur alia nova congregatio reformata ejusdem ordinis sancti Benedicti sub invocatione, seu titulo sanctorum Vitonis, et Idulphi, in qua perpetua ab esu carniū abstinentia servatur. Anno itaque MDCXL, reluctante etiam parte monachorum dicti monasterii sancti Ghisleni, tunc in humanis agens Augustinus Carlay illius abbas excepit, atque in suum monasterium admisit reformatam qualitatem memoratæ congregationis sanctorum Vitonis, et Idulphi, desuper conditis nonnullis capitulis, quæ postmodum felicis recordationis Urbanus pp. VIII. prædecessor noster per suas in simili forma Brevis die xx. augusti MDCXLIII. expeditas literas confirmavit, et approbavit, ac alias prout in eisdem literis quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Expositio præ-  
cunt.

§. 2. Verum cum longi temporis experientia compertum sit, quod abstinentia ab esu carniū in eodem monasterio sancti Ghisleni servata grave admodum præjudicium inferebat; modo vero dignoscatur, quod exequi amplius minime possit absque eo, quod monasterium ipsum extingatur, atque deficiat, tum quia cariori sane pretio victus comparari debet, itaut monasterium prædictum aliis etiam immensis sumptibus obnoxium quam primum onere quoque æris alieni gravatum reperitur, tum etiam quia propter qualitatem loci inter paludes, ac sub insalubri cœ-

Ratio concessio-  
nis

lo existentis, ubi inundationes frequentes quandoque sunt, nequaquam possibile foret, vitam ibi ducere salsamenta comedendo, et si forte alicui ex monachis superveniat infirmitas, quæ alicubi curabilis esset, ibi tamen curari minime posset, quemadmodum in medica, et chirurgica arte periti deposuerunt. Hiuc dicti exponentes super præfata abstinence perpetua ab esu carniùm, vigore dictæ reformatæ qualitatis alterius congregationis sanctorum Vitonis, & Idulphi in eorum monasterium, ut præfertur, alias admissæ, et per memoratas literas ipsius Urbani prædecessoris approbatæ, in posterum per Nos dispensari plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Concessio dispensationis sub certis reservationibus.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, & pœnis quovis modo, & quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, & absolutos fore consentes hujusmodi supplicationibus inclinati de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis, & consultationibus episcoporum, & regularium præpositorum, qui relationem venerabilis fratris Thomæ Mariæ archiepiscopi Hodiensis Nostri, et apostolicæ Sedis in Belgicis ditionibus nuntii super præmissis ad eosdem cardinales transmissam attenderunt, consilio, cum eisdem exponentibus nunc, & pro tempore existentibus abbate, & monachis dicti monasterii sancti Ghisleni super perpetua abstinence prædicta ab esu carniùm auctoritate apostolica tenore præsentium dispensamus.

Clausulæ salutaris, et irritantes.

§. 4. Decernentes ipsas præsentis literas, semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, iudicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis,

ac memoratis ipsius Urbani prædecessoris literis, et ordinis, ac congregationum, nec non monasterii hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, ac vice dumtaxat, specialiter, expresse derogamus cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die vicesimajulii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus nostri anno quinto.

CCLXI.

[Dat. die 21. junij 1772. Anno V.]

Suppressio, et extinctio Societatis Jesu.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **D**ominus ac Redemptor noster Jesus Christus princeps pacis a propheta prænunciatus quod hunc in mundum veniens per angelos primum pastoribus significavit, ac demum per se ipsum antequam in cælos ascenderet semel et iterum suis reliquit discipulis, ubi omnia Deo patri reconciliavisset, pacificans per sanguinem crucis suæ, sive quæ in terris, sive quæ in cælis sunt, apostolis etiam reconciliationis tradidit ministerium, posuitque in eis verbum reconciliationis, ut legatione fungentes pro Christo, qui non est dissensionis Deus, sed pacis, et dilectionis, universo orbi pacem annuntiarent, et ad id potissimum sua studia conferrent, ac labores, ut omnes in Christo geniti solliciti essent servare unitatem spiritus in vinculo pacis, unum corpus, et unus spiritus, sicut vocati sunt in una spe vocationis, ad quam nequaquam pertina-

Proemium.

gitur, ut inquit sanctus Gregorius Magnus, si non ad eam unita cum proximis mente curratur,

Prosecutio  
proemii

§. 2. Hoc ipsum potiori quadam ratione Nobis divinitus traditum reconciliationis verbum, et ministerium ubi primum meritis prorsus imparibus, evecti fuimus ad hanc Petri sedem in memoriam revocavimus, die, noctuque præ oculis habuimus, cordique altissime inscriptum gerentes, et pro viribus satisfacere contendimus, divinam ad id opem assidue implorantes, ut cogitationes, et consilia pacis Nobis, et universo dominico gregi Deus infundere dignaretur, ad eamque consequendam tutissimum Nobis, firmissimumque aditum reservare. Quinimo probe scientes, divino Nos consilio constitutos fuisse super gentes, et super regna ut in excelenda vinea Sabaoth, conservandoque christianæ religionis ædificio, cujus Christus est angularis lapis, evellamus, et destruamus, et disperdamus, et dissipemus, et ædificemus, et plantemus, eo semper fuimus animo constantique voluntate ut quemadmodum pro Christianæ reipublicæ quiete, et tranquillitate, nihil a Nobis prætermittendum esse censuimus, quod plantando, ædificandoque esset quovis modo accommodatum; ita eodem mutæ charitatis vinculo exostulante, ad evellendum destruendumque quidquid jucundissimum etiam Nobis esset, atque gratissimum, et quo carere minime possemus sine maxima animi molestia, et dolore, prompti æque essemus atque parati.

Plurimum ad catholicæ fidei incrementum tunc conferre declaratur, quod constituantur religiosi ordines, ac vicissim si detrimentum ex illis christianus populus recipiatur, necessitas exponitur illos evellendi

§. 3. Non est sane ambigendum, ea inter quæ ad catholicæ reipublicæ bonum, felicitatemque comparandam plurimum conferunt, principem fere locum tribuendum esse regularibus ordinibus, et quibus amplissimum in universam Christi ecclesiam quavis ætate dimanavit ornamentum, præsidium, et utilitas. Hos idcirco apostolica hæc Sedes approbavit non modo suisque fultita est auspiciis, verum etiam pluribus auxit beneficiis, exemptionibus, privilegiis, et facultatibus, ut ex his ad pietatem excelendam, et religionem, ad populorum mores, verbo, et exemplo rite informandos, ad fidei unitatem inter fideles servandam, confirmandamque magis, magisque excitarentur, atque inflammarentur. Ast ubi eo res devenit, ut ex aliquo regulari ordine, vel non amplius uberrimi ii fructus, atque optatissima emolumenta a christiano populo perciperentur, ad quæ afferenda fuerant primitus instituti, vel detrimen-

to potius esse visi fuerint, ac perturbandæ magis populorum tranquillitati, quam eidem procurandæ accommodati, hæc eadem apostolica Sedes, quæ eisdem plantandis operam impenderat suam, suamque interposuerat auctoritatem, eos vel novis communire legibus, vel ad pristinam vivendi severitatem revocare, vel penitus etiam evellere, ac dissipare minime dubitavit.

§. 4. Hac sane de causa Innocentius pp. III. prædecessor Noster cum comperisset nimiam regularium ordinum diversitatem gravem in ecclesiam Dei confusionem inducere, in concilio generali Lateranensi IV. firmiter prohibuit, ne quis de cætero novam religionem inveniat, sed quicumque ad religionem converti voluerit unam de approbatis assumat, decrevitque insuper, ut qui voluerit religiosam domum de novo fundare, regulam, et institutionem accipiat de approbatis. Unde consequens fuit, ut non liceret omnino novam religionem instituere sine speciali romani pontificis licentiâ, et merito quidem; nam cum novæ congregationes majoris perfectionis gratia instituantur, prius ab hac sancta apostolica Sede ipsa vitæ futuræ forma examinari, et perpendi debet diligenter, ne sub specie majoris boni, et sanctioris vitæ plurima in ecclesia Dei incommoda, et fortasse etiam mala exoriantur.

Exempla enumerantur suppressionum ordinum.

§. 5. Quamvis vero providentissime hæc fuerint ab Innocentio III. prædecessore constituta, tamen postmodum non solum ab apostolica Sede importuna petentium inhiatio aliquorum ordinum regularium approbationem extorsit, verum etiam non nullorum præsumptuosa temeritas diversorum ordinum, præcipue mendicantium nondum approbatorum effrenatam quasi multitudinem adinvenit. Quibus plene cognitis, ut malo statim occurreret Gregorius pp. X. pariter prædecessor Noster in generali concilio Lugdunensi renovata constitutione ipsius Innocentii prædecessoris districtius inhiavit, ne aliquis de cætero novum ordinem aut religionem adinveniat, vel habitum novæ religionis assumat; cunctas ergo generaliter religiones, et ordines mendicantes post concilium Lateranense IV. adinventos, qui nullam confirmationem Sedis apostolicæ meruerunt perpetuo prohibuit. Confirmatos autem ab apostolica Sede modo decrevit subsistere infrascripto, ut videlicet professoribus eorundem ordinum ita liceret in illis remanere, si voluerint, quod nullam deinde

Renovata incomoda iterum alii Pontifices eliminaverunt.

ceps ad eorum professionem admitterent, nec de novo domum, vel aliquem locum acquirerent, nec domos seu loca quæ habebant alienare valerent sine ejusdem sanctæ Sedis licentia speciali. Ea enim omnia dispositioni Sedis apostolicæ reservavit in terræ sanctæ subsidium, vel pauperum, vel alios pios usus per locorum ordinarios, vel eos quibus Sedes ipsa commiserit, convertenda. Personis quoque ipsorum ordinum omnino interdixit, quoad extraneos, prædicationes, et audiendi confessiones officinam, aut etiam sepulturam. Declaravit tamen in hac constitutione minime comprehensos esse Prædicatorum, et Minorum ordines, quos evidens ex eis utilitas Ecclesiæ universali provegens perhibeat approbatos. Voluitque insuper Eremitarum sancti Augustini, et Carmelitarum ordines in solido statu permanere, ex eo quod istorum institutio prædictum generale concilium Lateranense præcesserat. Demum singularibus personis ordinum ad quos hæc constitutio estendebatur, transeundi ad reliquos ordines approbatos licentiam concessit generalem, ita tamen ut nullus ordo ad alium, vel conventus ad conventum se ac loca sua totaliter transferret, non obtenta prius speciali Sedis apostolicæ licentia.

§. 6. Hiscemet vestigiis secundum temporum circumstantias inhæserunt sancti romani Pontifices prædecessores Nostri quorum omnium decreta longum esset referre. Inter cæteros vero Clemens pp. V. pariter prædecessor Noster per suas sub plumbo sexto nonas maii anno incarnationis Dominicæ MCCCXII. expeditas literas ordinem militarem Templariorum nuncupatorum, quamvis legitime confirmatum, et alias de christiana republica adeo præclare meritum, ut a Sede apostolica insignibus beneficiis, privilegiis, facultatibus, exemptionibus, licentiis cumulatus fuerit, ob universalem diffamationem suppressit, et totaliter extinxit, etiamsi concilium generale Viennense, cui negotium examinandum commiserat, a formali, et definitiva ferenda sententia censuerit se abstinere.

§. 7. Sanctæ memoriæ Pius pp. V. similiter prædecessor noster, cujus insignem sanctitatem pie colit, et veneratur Ecclesia catholica, ordinem regularem fratrum Hamiliatorum concilio Lateranensi anteriorem, approbatumque a felicis recordationis Innocentio III. Honorio III. Gregorio IX. et Nicolao V. romanis pontificibus prædecessoribus itidem

Nostris ob inobedientiam decretis apostolicis, discordias domesticas, et externas exortas, nullum omnino futuræ virtutis specimen ostendentem, et ex eo quia aliqui ejusdem ordinis in necem sancti Caroli S. R. E. cardinalis Borromæi protectoris, et visitoris apostolici dicti ordinis scelerate conspiraverint, extinxit, ac penitus abolevit.

§. 8. Recolendæ mem. Urbanus pp. VIII. etiam prædecessor noster per suas in simili forma Brevis die vi. februarii MDCXXVI. expeditas literas congregationem fratrum Conventualium reformatorum, a felicis memoriæ Sixto pp. V. itidem prædecessore Nostro solemniter approbatam, et pluribus beneficiis, ac favoribus auctam, ex eo quia ex prædictis fratribus in Ecclesia Dei spirituales fructus non prodierint, imo quamplures differentiæ inter eosdem fratres Conventuales reformatos, ac fratres Conventuales non reformatos ortæ fuerint, perpetuo suppressit, ac extinxit. Domus, conventus, loca, suppellectilem, bona, res, actiones, et jura ad prædictam congregationem spectantia ordini fratrum minorum sancti Francisci Conventualium concessit, et assignavit, exceptis tantum domo Neapolitana, et domo sancti Antonii de Padua nuncupati de urbe, quam postremam cameræ apostolicæ applicavit, et incorporavit suæque, suorumque successorum dispositioni reservavit. Fratribus denique prædictæ suppressæ congregationis ad fratres sancti Francisci Cappuccinos, seu de observantia nuncupatos transitum permisit.

§. 9. Idem Urbanus pp. VIII. per alias suas in pari forma Brevis die II. decembris MDCXLIII. expeditas literas ordinem regularem sanctorum Ambrosii, et Barnabæ ad Nemus perpetuo suppressit, extinxit, et abolevit, subicitque regulares predicti suppressi ordinis jurisdictioni, et correctioni ordinariorum locorum, prædictisque regularibus licentiam concessit, se transferendi ad alios ordines regulares ab apostolica Sede approbatos. Quam suppressionem recordatæ memoriæ Innocentius pp. X. prædecessor quoque Noster solemniter per suas sub plumbo kalendis aprilis anno incarnationis Dominicæ MDCLXV. expeditas literas confirmavit, et iusuper beneficia, domus, et monasteria prædicti ordinis, quæ antea regularia erant ad sæcularitatem reduxit, ac in posterum sæcularia fore, et esse declaravit.

§. 10. Idemque Innocentius X. prædecessor per suas in simili forma Bre-

Laudatur quoque Urbanus Octavus, qui spirituales fratres Reformatos suppressit, qui spirituales fructus amplius non exhibebant.

Idem Pontifex Urbanus VIII. regulares ordinis ss. Barnabæ, et Ambrosii suppressit, et sæculares effecit.

Idipsum præstavit Innocentius X. cur-

Templariorum militaris ordinis suppressio memoratur a Clemente V. præcepta contra votum concilii Viennensis.

Laudatur sanctus Pius V. qui Hamiliatorum fratrum congregationem extinxit, ex quo in necem s. Caroli Borromæi, eorum non nulli conspiraverant.



es regulares  
ordinis pauperum  
Matris Dei  
scholarum Piarum  
ob graves  
excitatas per-  
turbationes.

vis die XVI martii MDCXLV ob graves perturbationes excitatas inter regulares ordinis Pauperum Matris Dei scholarum Piarum, etsi ordo ille, prævio maturo examine a Gregorio pp. XV. prædecessore Nostro solemniter approbatus fuerit, prefatum regularem ordinem in simplicem congregationem, absque ullorum votorum emissionem ad instar instituti congregationis presbyterorum sæcularium Oratorii in ecclesia sanctæ Mariæ in Vallicella de urbe sancti Philippi Neri nuncupata reduxit; regularibus prædicti ordinis sic reducti transitum ad quamcumque religionem approbatam concessit. Admissionem novitiorum, et admissorum professionem interdixit. Superioritatem denique, et jurisdictionem, quæ penes ministrum generalem, visitatores, aliosque superiores residebat, in ordinarios locorum totaliter transtulit. Quæ omnia per aliquot annos consecuta sunt effectum, donec tandem Sedes hæc apostolica, cognita prædicti instituti utilitate, illum ad pristinam votorum solemnium formam revocavit, ac in perfectum regularem ordinem redegit.

Endem de causa  
suppressionem  
idem Pontifex  
decrevit  
ordinis s. Basilii  
de armenis.

§. 11. Per similes suas in pari forma Brevis die xxix. octobris MDCL. expeditas literas idem Innocentius X prædecessor ob discordias quoque, et dissensiones exortas suppressit totaliter ordinem sancti Basilii de armenis; regulares prædicti suppressi ordinis omnimodæ jurisdictioni, et obedientiæ ordinariorum locorum subiecit in habitu clericorum sæcularium, assignata iisdem congrua sustentatione ex redditibus conventuum suppressorum; illisque etiam facultatem transeundi ad quamcumque religionem approbatam concessit.

Presbyteros  
sub congrega-  
tione boni Je-  
su receptos sæ-  
culares in po-  
sterum idem  
pontifex habe-  
ri jussit, qui  
fructus spiri-  
tuales minime  
dabant.

§. 12. Pariter ipse Innocentius X. prædecessor per alias suas in dicta forma Brevis die xxii. iunii MDCL. expeditas literas, attendens nullos spirituales fructus ex regulari congregatione presbyterorum boni Jesus in Ecclesia sperari posse, præfatam congregationem perpetuo extinxit; regulares prædictos jurisdictioni ordinariorum locorum subiecit, assignata iisdem congrua sustentatione ex redditibus suppressæ congregationis, et cum facultate transeundi ad quemlibet ordinem regularem approbatum a Sede apostolica, suoque arbitrio reservavit applicationem bonorum prædictæ congregationis in alios pios usus.

Nec secus sese  
gessit Clemens  
nonus, qui iis-  
dem de causis

§. 13. Denique felicitatis recordationis Clemens pp. IX prædecessor itidem Noster, cum animadverteret, tres regula-

res ordines, canonicorum videlicet regularium sancti Georgii in Alga nuncupatorum, Hieronymianorum de Fesulis, ac tandem Jesuatorum a sancto Joanne Columbano institutorum parum vel nihil utilitatis, et commodi christiano populo afferre, aut sperare posse eos esse aliquando allaturos, de iis supprimendis, extinguendisque consilium cæpit, idque perfecit suis literis in simili forma Brevis die vi. decembris MDCLXVIII. expeditis, eorumque bona, et redditus satis conspicuos, vectorum republica postulante, in eos sumptus impendi voluit, qui ad Cretense bellum adversus turcas sustinendum erant necessario subeundi.

§. 14. In his vero omnibus decernendis, perficiendisque satius semper duxerunt prædecessores Nostri ea uti consultissima agendi ratione, quam ad intercludendum penitus aditum animorum contentionibus, et ad quælibet amovenda dissidia, vel partium studia magis conferre existimarent. Hinc molestia illa, ac plena negotii prætermissa methodo, quæ in forensibus instituentis iudiciis adhiberi consuevit, prudentiæ legibus unice inhærentes, ea potestatis plenitudine, qua tamquam Christi in terris vicarii, ac supremi Christianæ reipublicæ moderatores amplissime donati sunt, rem omnem absolvendam curarunt, quin regularibus ordinibus suppressioni destinatis veniam facerent, et facultatem sua experiendi jura, et gravissimas illas vel propulsandi criminationes, vel causas amolendi, ad quas ad illud consilii genus suscipiendum adducebantur.

§. 15. His igitur, aliisque maximi apud omnes ponderis et auctoritatis exemplis Nobis ante oculos propositis, vehementique simul flagrantibus cupiditate, ut in ea quam infra aperiemus, deliberatione fidenti animo, tutoque pede incedamus, nihil diligentiam omisimus et inquisitionis, ut quidquid ad regularis ordinis, qui Societatis Jesu vulgo dicitur, originem pertinet, progressum, hodiernumque statum perscrutaremur, et compertum inde habuimus, eum ad animarum salutem, ad hæreticorum, et maxime infidelium conversionem, ad majus denique pietatis, et religionis incrementum a sancto suo conditore fuisse institutum, atque ad optatissimum hujusmodi finem facilius, feliciusque consequendum, arctissimo evangelicæ pauperatis voto tam in communi, quam in particulari fuisse Deo consecratum, exceptis tantummodo stu-

tres regulares  
ordines dissol-  
vit.

In suppressio-  
nibus hujusmo-  
di s. sedes pro-  
cedere solet  
de plenitudine  
potestatis, ab-  
sque forma ju-  
dicii.

Quæ esset So-  
cietatis Jesu  
institutio, qui-  
bus legibus,  
quæ vota ser-  
vanda.



diorum, seu literarum collegiis, quibus possidendi redditus ita facta est vis, et potestas, ut nihil tamen ex iis redditibus in ipsius societatis commodum, utilitatem, ac usum impendi unquam posset, atque converti.

§. 16. His, aliisque sanctissimis legibus probata primum fuit eadem Societas Jesu a recordatae memoriae Paulo pp. III. prædecessore nostro per suas sub plumbo v. kalendas octobris anno incarnationis Dominicæ MDXL expeditas literas, ab eodemque concessa ei fuit facultas condendi jura, atque statuta, quibus Societatis præsidio, incolumitati, atque regimini firmissime consulere. Et quamvis idem Paulus prædecessor societatem ipsam angustissimis sexaginta dumtaxat alumnorum limitibus ab initio circumscripsisset; per alias tamen suas eidem sub plumbopridie kalendas martii anno incarnationis Dominicæ MDXLIII expeditas literas locum dedit eadem in Societate iis omnibus quos in eam excipere illius moderatoribus visum fuisset opportunum aut necessarium. Anno deinde MDXLIX suis in simili forma Brevis die xv. novembris expeditis literis idem Paulus prædecessor pluribus, atque amplissimis privilegiis eandem Societatem donavit, ac in his indultum alias per eundem præpositis generalibus dictæ Societatis concessum admittendi viginti presbyteros coadjutores spirituales, eisque impertiendi easdem facultates, gratiam, et auctoritatem, quibus socii ipsi professi donantur, ad alios quoscunque, quos idoneos fore iidem præpositi generales censuerint, ullo absque limite, et numero extendendum voluit, atque mandavit, ac præterea Societatem ipsam, et universos illius socios, et personas, illorumque bona quæcumque ab omni superioritate, jurisdictione, correctione quorumcumque ordinariorum exemit, et vindicavit, ac sub sua, et apostolicæ Sedis protectione suscepit.

§. 17. Haud minor fuit reliquorum prædecessorum Nostrorum eandem erga Societatem liberalitas, ac munificentia. Constat enim a recolendæ memoriæ Julio III, Paulo IV, et Pio IV, et V, Gregorio XIII, Sixto V, Gregorio XIV, Clemente VIII, Paulo V, Leone XI, Gregorio XV, Urbano VIII, aliisque romanis pontificibus privilegia eidem Societati jam antea tributa, vel confirmata fuisse, vel novis aucta accessionibus, vel apertissime declarata. Ex ipso tamen apostolicarum constitutionum tenore, et verbis palam colligitur eadem

*Bull. Rom. Tom. IV.*

in Societate suo fere ab initio varia dissidiorum, ac æmulationum semina pululasse ipsos non modo inter socios, verum etiam cum alijs regularibus ordinibus, clero sæculari, academijs, universitatibus, publicis literarum gymnasijs, et cum ipsis etiam principibus, quorum in ditionibus societas fuerat excepta, easdemque contentiones, et dissidia excitata modo fuisse de votorum indole, et natura, de tempore admittendorum sociorum ad vota, de facultate socios expellendi, de iisdem socijs ad sacros ordines promovendis sine congrua, ac sine votis solemnibus, contra concilii Tridentini, ac sanctæ memoriæ pp. Pii V. prædecessoris Nostri decreta; modo de absoluta potestate, quam præpositus generalis ejusdem Societatis sibi vindicabat, ac de alijs rebus ipsius Societatis regimen spectantibus; modo de varijs doctrinæ capitibus, de scholis, de exemptionibus, et privilegijs, quæ locorum ordinarij, aliæque personæ in ecclesiastica, vel sæculari dignitate constitutæ suæ noxia esse jurisdictioni, ac juribus contendebant; ac demum minime defuerunt gravissimæ accusationes eisdem socijs objectæ quæ christianæ reipublicæ pacem, ac tranquillitatem non parum perturbarunt.

§. 18. Multæ hinc ortæ adversus Societatem quærimoniæ, quæ nonnullorum etiam principum auctoritate munitæ, ac relationibus ad recolendæ memoriæ Paulum IV, Pium V, et Sixtum V, prædecessores Nostros delatæ fuerunt. In his fuit claræ memoriæ Philippus II. Hispaniarum rex catholicus, qui tum gravissimas, quibus ille vehementer impellebatur, rationes, tum etiam eos, quos ab Hispaniarum inquisitoribus adversus immoderata Societatis privilegia, ac regiminis formam acceperat, clamores, et contentionum capita a nonnullis ejusdem etiam societatis viris doctrina, et pietate spectatissimis confirmata eidem Sixto V. prædecessori exponenda curavit, apud eundemque egit, ut apostolicam Societatis visitationem decerneret, atque committeret.

§. 19. Ipsius Philippi regis petitionibus, et studiis, quæ summa innotuit æquitate animadverterat, annuit idem Sixtus prædecessor, delegitque ad apostolici visitoris munus episcopum prudentia, virtute, et doctrina omnibus commendatissimum, ac præterea congregationem designavit nonnullorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium, qui ei rei perficiendæ sedulam navarent ope-

*Incomoda que ex immunitatibus hujusmodi obtinere, et quærelæ adversus societatem metæ.*

*Novis privilegijs indultis censuit Gregorius XIV quærelis finem imponere.*

*Privilegia concessa eidem Societati.*

*Munera eidem honorata.*

ram. Verum dicto Sixto V. prædecessore immatura morte perempto, saluberrimum ab eo susceptum consilium evanuit, omnique caruit effectu. Ad supremum autem apostolatus apicem assumptus fel. rec. Gregorius pp. XIV. per suas literas sub plumbo iv. kalendas julii anno Dominicæ incarnationis MDXCI. expeditas Societatis institutum amplissime iterum approbavit, rataque habere jussit, ac firma privilegia quæcumque eidem Societati a suis prædecessoribus collata, et illud præ cæteris, quo cautum fuerat, ut a Societate expelli, dimittique possent socii, forma iudiciaria minime adhibita, nulla scilicet præmissa inquisitione, nullis confectis actis, nullo ordine judiciario servato, nullisque terminis etiam substantialibus servatis, sola facti veritate inspecta, culpæ vel rationabilis causæ tantum ratione habita, ac personarum, aliarumque circumstantiarum. Altissimum insuper silentium imposuit, vetuitque sub pœna potissimum excommunicationis latæ sententiæ, ne quis dictæ Societatis institutum constitutiones, aut decreta directe, vel indirecte impugnari auderet, vel aliquid de iis quovis modo immutari curaret. Jus tamen cuilibet reliquit, ut quidquid addendum, minuendum aut immutandum censeret sibi tantummodo, et romanis solum pontificibus pro tempore existentibus vel immediate, vel per apostolicæ Sedis legatos, seu nuncios significare posset, atque proponere.

Internas similitates, et exterorum querelae ipsi generali congregationi suaserunt.

§. 20. Tantum vero abest, ut hæc omnia satis fuerint compescendis adversus Societatem clamoribus, et querelis, quin potius magis, magisque universum fere orbem pervaserunt molestissimæ contentiones de Societatis doctrina, quam fidei veluti orthodoxæ, bonisque moribus repugnantem plurimi traduxerunt; domesticæ etiam, externæque efferbuerunt dissentiones et frequentiores factæ sunt in eam de nimia potissimum terrenorum bonorum cupiditate accusationes, ex quibus omnibus suam hauserunt originem tum perturbationes illæ omnibus satis cognitæ, quæ Sedem apostolicam ingenti moerore affecerunt, ac molestia, tum capta a principibus nonnullis in Societatem consilia. Quo factum est, ut eadem Societas novam instituti sui, ac privilegiorum confirmationem a felicis recordationis Paulo pp. V. prædecessore Nostro impetraturæ, coacta fuerit ab eo petere, ut rata habere vellet, suaque confirmare auctoritate decreta quædam

in quinta generali congregatione edita, atque ad verbum excerpta in suis sub plumbo pridie nonas septembris anno incarnationis dominicæ MDCVI. desuper expeditis literis, quibus in decretis discretissime legitur, tam internas sociorum similitates, ac turbas, quam exterorum in Societatem querelas, ac postulationes socios in comitiis congregatos impulsisse ad sequens condendum statutum.

§. 21. Quoniam Societas nostra, quæ ad fidei propagationem, et animarum lucra a Domino excitata est, sicut per propria instituti ministeria, quæ spiritualia arma sunt, cum Ecclesiæ utilitate, ac proximorum ædificatione sub crucis vexillo finem feliciter consequi potest, quem intendit, ita et hæc bona impediret, et se maximis periculis exponeret, si ea tractaret, quæ sæcularia sunt, et ad res politicas, atque ad status gubernationem pertinent; idcirco sapientissime a nostris majoribus statutum est, ut militantes Deo, aliis quæ a nostra professione abhorrent, non implicemur. Cum autem his præsertim temporibus valde periculosis, pluribus locis, et apud varios principes (quorum tamen amorem, et charitatem sanctæ memoriæ pater Ignatius conservandam ad divinum obsequium pertinere putavit) aliquorum fortasse culpa, et vel ambitione, vel indiscreto zelo religio nostra male audiat, et alioquin bonus Christi odor necessarius sit, ad fructificandum; censuit congregatio ab omni specie mali abstinendum esse, et querelis quoad fieri poterit, etiam ex falsis suspicionibus provenientibus occurrendum. Quare præsentis decreto gravior, et severe nostris omnibus interdicit, ne in hujusmodi publicis negotiis, etiam invitati, aut affecti ulla ratione se immisceant, nec ullis precibus, et suasionibus ab instituto deflectant. Et præterea quibus efficacioribus remediis omnino huic morbo, sicuti opus sit, medicina adhibeatur, patribus definitivis accurate decernendum et definiendum commendavit.

Tenor decreti congregationis super reformatione Societatis.

§. 22. Maximo sane animi Nostri dolore observavimus, tam prædicta, quam alia complura deinceps adhibita remedia nihil ferme virtutis præsetulisse, et auctoritatis ad tot, ac tantas evellendas, dissipandasque turbas, accusationes, et quærimonias, in sæpèdictam Societatem, frustra ad id la-

Adhibita remedia, optatum finem, minime prouiderant.

borasse cæteros prædecessores Nostros Urbanum VIII, Clementem IX, X, XI, et XII, Alexandrum VII, ac VIII, Innocentium X, XI, XII, et XIII, ac Benedictum XIV, qui optatissimam conati sunt Ecclesiæ restituere tranquillitatem, plurimis saluberrimis editis constitutionibus, tam circa sæcularia negotia, sive extra sacras missiones, sive earum occasione minime exercenda, quam circa dissidia gravissima, ac jurgia adversus locorum ordinarios, regulares ordines, loca pia, atque communitates cujusvis generis in Europa, Asia, et America non sine ingenti animarum ruina, ac populorum admiratione a Societate acriter excitata; tum etiam super interpretatione, et praxi ethnicorum quorundam rituum aliquibus in locis passim adhibita, omissis iis, qui ab universali Ecclesia sunt rite probati, vel super earum sententiarum usu, et interpretatione, quas apostolica Sedes tamquam scandalosas, optimæque morum disciplinæ manifeste noxias merito præscripsit, vel aliis demum super rebus, maximi equidem momeati, et ad christianorum dogmatum puritatem sartam, tectam, servandam apprime necessariis, et ex quibus nostra hac non minus, quam superiori ætate plurima dimanarunt detrimenta, et incommoda, perturbationes nimirum ac tumultus in nonnullis catholicis regionibus Ecclesiæ persecutiones in quibusdam Asiæ, et Europæ provinciis, ingens denique allatus est moeror prædecessoribus Nostris, et in his piæ memoriæ Innocentio pp. XI, qui necessitate compulsus eo devenit, ut Societati interdixerit novitios ad habitum admittere, tum Innocentio pp. XIII, qui eandem pœnam coactus fuit eidem comminari, ac tandem rec. mem. Benedicto pp. XIV, qui visitationem domorum, collegiorumque in ditione carissimi in Christo filii Nostri Josephi Lusitanæ, et Algarbiorum regis fedelissimi existentium censuit decernendam; qui ullum subinde vel Sedi apostolicæ solamen, vel Societati auxilium, vel christianæ reipublicæ bonum accesserit ex novissimis apostolicis literis a felicis recordationis Clemente pp. XIII. immediato prædecessore Nostro extortis potius ut verbo utamur a prædecessore Nostro Gregorio X. in supracitato Lugdunensi œcumenico concilio adhibito, quam impetratis, quibus Societatis Jesu institutum magnopere commendatur, ac rursus approbatur.

§. 23. Post tot tantasque procellas, ac tempestates acerbissimas futurum

optimus quisque sperabat, ut optatissima illa tandem aliquando illucesceret dies, quæ tranquillitatem, et pacem esset cumulatissime allatura. At Petri cathedram gubernante eodem Clemente XIII prædecessore longe difficiliora, ac turbulentiora accesserant tempora. Auctis enim quotidie magis in prædictam societatem clamoribus, et querelis, quinimo periculosissimis alicubi exortis seditionibus, tumultibus, dissidiis, et scandalis, quæ christianæ charitatis vinculo labefactato, ac penitus disrupto, fidelium animos ad partium studia, odia, et inimicitias vehementer inflammaverunt; eo discriminis, ac periculi res perducta visa est, ut ii ipsi, quorum avita pietas, ac in Societatem liberalitas hæreditario quodam veluti jure a majoribus accepta omnium fere linguis summopere commendatur, charissimi nempe in Christo filii Nostri reges francorum, Hispaniarum, Lusitanæ, ac utriusque Siciliæ suis ex regnis, ditionibus, atque provinciis socios dimittere coacti omnino fuerint, et expellere; hoc unum putantes extremum tot malis superesse remedium, et penitus necessarium ad impediendum quominus christiani populi in ipso sanctæ matris Ecclesiæ sinu se se invicem lacesserent, provocarent, lacerarent.

§. 24. Ratum vero habentes prædicti charissimi in Christo filii nostri remedium hoc firmum esse non posse, ac universo christiano orbi reconciliando accommodatum, nisi Societas ipsa prorsus extingueretur, ac ex integro supprimeretur; sua indircio apud præfatum Clementem XIII prædecessorem exposuerunt studia, ac voluntatem, et qua valebant auctoritate, et precibus, conjunctis simul votis expostularunt, ut efficacissima ea ratione perpetuæ suorum subditorum securitati, universæque Ecclesiæ bono providentissime consuleret. Qui tamen præter omnium expectationem contigit ejusdem pontificis obitus rei cursum, exitumque prorsus impediit. Hinc nobis in eadem Petri cathedra, divina disponente clementia, constitutis eadem oblatae sunt preces, petitiones, et vota, quibus sua quoque addiderunt studia, animique sententiam episcopi complures, aliique viri dignitate, doctrina, religione plurimum conspicui.

§. 25. Ut autem in re tam gravi, tantique momenti tutissimum caperemus coasilium, diuturno Nobis temporis spatio opus esse judicavimus, non

la et exterorum principum querela

Unum superfluit propterea congregacionem suppressione.

Matura deliberationes præmittuntur, et divinum imploratur auxilium.

Augentur imo in diem dissidia, scandala.

lium in re tam  
gravi, tantique  
momenti.

modo ut diligenter inquirere, maturius expendere, et consultissimè deliberare possemus; verum etiam ut multis gemitibus, et continuis precibus singulare a patre luminum exposceremus auxilium, et præsidium, quæ etiam in re fidelium omnium precibus, pietatisque operibus Nos sæpius apud Deum juvari curavimus. Persecutari inter cætera volumus, quo innitatur fundamento pervagata illa apud plurimos opinio, religionem scilicet clericorum Societatis Jesu fuisse a concilio Tridentinæ solemnè quadam ratione approbatam et confirmatam, nihilque aliud de ea actum fuisse comperimus in citato concilio, quam ut a generali illo exciperetur decreto, quo de reliquis regularibus ordinibus cautum fuit, ut finito tempore novitiatus, novitii qui idonei inventi fuerint, ad profitendum admittantur, aut e monasterio ejiciantur. Quamobrem eadem sancta synodus (Sess. 25 cap. 16 de regular.) declaravit se nolle aliquid innovare, aut prohibere, quin prædicta religio clericorum Societatis Jesu, juxta pium eorum institutum a sancta Sede apostolica approbatum, Domino, et ejus Ecclesiæ inservire possint.

Pro hanc Ec-  
clesiam, et ani-  
marum salute  
suppressio de-  
cernitur, cum  
necessariis  
cautelis.

§. 26. Tot itaque, ac tam necessariis adhibitis mediis, divini Spiritus, ut confidimus, adjuti præsentia, et afflatu, nec non muneris Nostri compulsi necessitate, quo et ad christianæ reipublicæ quietem, et tranquillitatem conciliandam, fovendam, roborandam, et ad illa omnia penitus de medio tollenda, quæ eidem detrimento vel minime esse possunt, quantum vires sinunt, arctissime adigimur; cumque præterea animadverterimus prædictam Soc. Jesu uberrimos illos, amplissimosque fructus, et utilitates afferre amplius non posse, ad quos instituta fuit, a tot prædecessoribus Nostriis approbata, ac plurimis ornata privilegiis imò fieri aut vix, aut nullo modo posse ut ea incolume manente, vera pax, ac diuturna Ecclesiæ restituatur. His propter gravissimis adducti causis, aliisque pressi rationibus, quos et prudentiæ leges, et optimum universalis Ecclesiæ regimen nobis suppeditant, altaque mente repositas servamus, vestigiis inhærentes eorundem prædecessorum Nostrorum, et præsertim memorati Gregorii X. prædecessoris in generali concilio Lugdunensi, cum et nunc de Societate agatur tum instituti sui, tum privilegiorum etiam suorum ratione mendicantium ordinum numero adscripta, maturo consilio, ex certa scientia, et plenitudine

potestatis apostolicæ sæpeditam Societatem extinguimus, et supprimimus; tollimus et abrogamus omnia, et singula ejus officia, ministeria, et administrationes, domus, scholas, collegia, hospitia, et loca quæcumque quavis in provincia, regno, et diuione existentia, et modo quolibet ad eam pertinentia: ejus statuta, mores, consuetudines, decreta, constitutiones, etiam juramento, confirmatione apostolica, aut alias roboratas; omnia item, et singula privilegia, et indulta generalia, vel specialia, quorum tenores præsentibus, ac si de verbo ad verbum essent inserta, ac etiamsi quibusvis formulis, clausulis irritantibus, et quibuscumque vinculis, et decretis sint concepta pro plene, et sufficienter expressis haberi volumus. Ideoque declaramus cassatam perpetuo manere, ac penitus extinctam omnem, et quancumque auctoritatem præpositi generalis, provincialium, visitorum, aliorumque quorumlibet dictæ Societatis superiorum tam in spiritualibus, quam in temporalibus, eandemque jurisdictionem et auctoritatem in locorum ordinarios totaliter, et omnimode transferimus juxta modum, casus, et personas, et iis sub conditionibus, quas infra explicabimus, prohibentes, quemadmodum per præsentibus prohibemus, ne ullus amplius in dictam Societatem excipiatur, et ad habitum, ac novitiatum admittatur; qui vero hactenus fuerunt excepti ad professionem votorum simplicium, vel solemnium sub pœna nullitatis admissionis, et professionis, aliisque arbitrio Nostro, nullo modo admitti possint, et valeant. Quinimo volumus, præcipimus, et mandamus, ut qui nunc tyrocinio actu vacant, statim, illico, et immediate, et cum effectu dimittantur; ac similiter vetamus, ne qui votorum simplicium professionem emisissent, nulloque sacro ordine sunt usque adhuc initiati, possint ad majores ipsos ordines promoveri prætextu, aut titulo vel jam emissæ in Societate professionis, vel privilegiorum contra concilii Tridentini decreta eidem Societati collatorum.

§. 27. Quoniam vero eo nostra tendunt studia, ut quemadmodum Ecclesiæ utilitatibus, ac populorum tranquillitati consulere cupimus, ita singulis ejusdem religionis individuis, seu sociis, quorum singulares personas paterne in Domino diligimus, solamen aliquod, et auxilium afferre studeamus, ut ab omnibus, quibus hactenus vexati fue-

Consultatur ut  
socii professi  
votorum dum-  
taxat simplicium  
congruus conse-  
quantur.

runt, contentionibus, dissidiis, et angoribus liberi, fructuosius vineam Domini possint excolere, et animarum saluti uberius prodesse; ideo decernimus, et constituimus, ut socii professi votorum dumtaxat simplicium, et sacris ordiuihus nondum initiati, intra spatium temporis a locorum ordinariis definiendum, satis congruum ad munus aliquod, vel officium, vel benevolam receptorem iuveniendum, non tamen uno anno longius a data presentium nostrarum literarum inchoando, domibus, et collegiis ejusdem Societatis omni votorum simplicium vinculo soluti egredi omnino debeant, eam vivendi rationem suscepturi, quam singulorum vocationi, viribus, et conscientiae magis aptam in Domino judicaverint; cum et juxta Societatis privilegia dimitti ab ea hi poterant non alia de causa, praeter eam, quam superiores prudentiae, et circumstantiis magis conformem putarent, nulla praemissa citatione, nullis confectis actis, nulloque judiciario ordine servato.

§. 28. Omnibus autem sociis ad sacros ordines promotis veniam facimus, ac potestatem, eosdem domos, aut collegia Societatis deserendi, vel, ut ad aliquem ex regularibus ordinibus a Sede apostolica approbatis se conferant, ubi probationis tempus a concilio Tridentino praescriptum debebant explere, si votorum simplicium professionem in Societate emisissent; si vero solemnium etiam votorum per sex tantum integros menses in probatione stabunt, super quo benigne cum eis dispensamus, vel ut in saeculo maneant tamquam praesbyteri, et clerici saeculares sub omnimoda, ac totali obedientia, et subjectione ordinariorum, in quorum diocesi domicilium figant; decernentes insuper, ut his, qui hac ratione in saeculo manebunt, congruum aliquod, donec provisi aliunde non fuerint, assignetur stipendium ex redditibus domus, seu collegii ubi morantur, habito tamen respectu tum reddituum, tum onerum eidem annexorum.

§. 29. Professi vero in sacris ordinibus jam constituti, qui vel timore ducti non satis honestae sustentationis ex defectu, vel inopia congruae, vel quia loco careant ubi domicilium sibi comparerent, vel ob provectam aetatem, infirmam valetudinem, aliamque justam, gravemque causam, domus Societatis seu collegia derelinquere opportunum minime existimaverint, ibidem manere poterunt; ea tamen lege, ut nullam

praedictae domus, seu collegii administrationem habeant, clericorum saecularium veste tantummodo utantur, vivantque ordinario ejusdem loci plenissime subjecti. Prohibemus autem omnino, quominus in eorum qui deficient, locum alios sufficiant, domum de novo juxta concilii Lugdunensis decreta, seu aliquem locum acquirant; domos insuper, res, et loca quae nunc habent, alienare valeant, quinimo in unam tantum domum, seu plures, habita ratione sociorum, qui remanebunt, poterunt congregari, ita, ut domus, quae vacuae relinquuntur, possint in pios usus converti juxta id quod sacris canonibus, voluntati fundatorum, divini cultus incremento, animarum saluti, ac publicae utilitati videbitur suis loco, et tempore recte, riteque accommodatum. Interim vero vir aliquis ex clero saeculari, prudentia, probisque moribus praeditus designabitur, qui dietarum domorum praesit regimini, deleto penitus, et suppresso nomine Societatis.

§. 30. Declaramus individuos etiam praedictae Societatis ex omnibus provinciis, a quibus jam reperiuntur expulsi, comprehensos esse in hac generali Societatis suppressione: ac proinde volumus, quod supradicti expulsi etiamsi ad majores ordines sint, et existant promoti, nisi ad alium regularem ordinem transierint, ad statum clericorum, et praesbyterorum saecularium ipso facto redigantur, et locorum ordinariis totaliter subiiciantur.

§. 31. Locorum ordinarii, si eam, qua opus est, deprehenderit virtutem, doctrinam, morumque integritatem in iis, qui regulari Societatis Jesu instituto ad praesbyterorum saecularium statum in vim presentium nostrarum literarum transierint, poterunt eis pro suo arbitrio facultatem largiri, aut denegare excipiendi sacramentales confessiones christifidelium, aut publicas ad populum habendi sacras conciones, sine qua licentia in scriptis, nemo illorum iis fungi muneribus audebit. Hanc tamen facultatem iidem episcopi, vel locorum ordinarii numquam quoad extraneos iis concedent, qui in collegiis, aut domibus antea ad Societatem pertinentibus vitam ducent; quibus proinde perpetuo interdiximus sacramentum poenitentiae extraneis administrare, vel praedicare quemadmodum ipse etiam Gregorius X. praedecessor in citato generali concilio simili modo prohibuit. Qua de re ipsorum episcoporum oeramus conscientiam, quos memores cu-

In generali suppressione comprehenduntur, etiam qui antea a provinciis expulsi fuerant.

Ordinariis locorum conceditur potestas impertiendi, vel denegandi potestatem sociis suppressis excipiendi sacramentales confessiones.

Sociis ad Sacros ordines promotis tribuitur facultas ingrediendi in quaecumque regularem congregationem.

Deletio penitus societatis nomine conceditur unum, ut infirmi, alique nonnulli maneant in domibus societatis utentes vestibus clericorum saecularium, et sub gubernio sacerdotis saecularis.



pimus severissimæ illius rationis, quam de ovibus eorum curæ commissis Deo sunt reddituri, et durissimi etiam illius iudicii, quod iis qui præsent, supremus vivorum, et mortuorum iudex minatur.

Præcipitur ut magistri munus illi tantum conservare possint, qui prudentia, et doctrina ita polleant, ut gravissimarum contentionum periculum non inducant.

§. 32. Volumus præterea, quod si quis eorum, qui Societatis institutum profitebantur munus exerceat erudiendi in literis juventutem, aut magisterium agat in aliquo collegio, aut schola, remotis penitus omnibus a regimine, administratione, et gubernio, iis tantum in docendi munere locus fiat perseverandi, et potestas, qui ad bene de suis laboribus sperandum signum aliquod præferant, et dummodo ab illis alienos se præbeant disputationibus, et doctrinæ capitibus, quæ sua vel laxitate, vel inanitate gravissimas contentiones, et incommoda parere solent, et procreare, nec ullo unquam tempore ad huiusmodi docendi munus ii admittantur, vel in eo, si nunc actu versantur, suam sinantur præstare operam, qui scholarum quietem, ac publicam tranquillitatem non sunt pro viribus conservaturi.

Sibi reservat Pontifex arbitrium consulendi ad sacras missiones, a sociis dari solitas.

§. 33. Quo vero ad sacras attinet missiones, quarum etiam ratione intelligenda volumus quæcumque de Societatis suppressione disposuimus; Nobis reservamus ea media constituere, quibus, et infidelium conversio, et dissidiorum sedatio facilius, et firmiter obtineri possit et comparari.

Abolentur privilegia societatis habiles socii facti sunt ad quodcumque munus seculari.

§. 34. Cassatis autem, et penitus abrogatis, ut supra, privilegiis quibuscumque, et statutis sæpeditæ Societatis, declaramus ejus socios, ubi a domibus et collegiis Societatis egressi, et ad statum clericorum regularium redacti fuerint, habiles esse, et idoneos ad obtinenda juxta sacrorum canonum, et constitutionum apostolicarum decreta, beneficia quæcumque tam sine cura, quam cum cura, officia, dignitates, personatus, et id genus alia, ad quæ omnia eis in societate manentibus aditus fuerat penitus interclusus a fel. record. Gregorio PP. XIII. per suas in simili forma Brevis die x. septembris MDLXXXIV. expeditas literas, quarum initium est = *Satis superque*. Item eisdem permittimus, quod pariter vetitum eis erat, ut elemosynam pro missæ celebratione valeant percipere: possintque iis omnibus frui gratiis, et favoriisque quibus tamquam clerici regulares Societatis Jesu perpetuo caruissent. Derogamus pariter omnibus, et singulis facultatibus, quibus a præposito gene-

rali, aliisque superioribus vi privilegiorum a summis pontificibus obtentorum, donati fuerint, legendi videlicet hæreticorum libros, et alios ab apostolica Sede proscriptos, et damnatos, non servandi jejuniorum dies, aut esurialibus cibis in iis non utendi, anteponeendi, postponendique horarum canonicarum recitationem, aliisque id genus, quibus in posterum eos uti posse severissime prohibemus, cum meos Nobis, animusque sit, ut iidem tamquam sæculares presbyteri ad juris communis tramites suam accomodent vivendi rationem.

§. 35. Vetamus, ne postquam præsentis nostræ literæ promulgatæ fuerint, ac notæ redditæ, ullus audeat earum executionem suspendere etiam colore, titulo, prætextu cujusvis petitionis, appellationis, recursus, declarationis, aut consultationis dubiorum, quæ forte oriri possent, alioque quovis prætextu præviso, vel non præviso: Volumus enim ex nunc et immediate suppressionem, et cassationem universæ prædictæ Societatis, et omnium ejus officiorum suum effectum sortiri forma, et modo a Nobis supra expressis sub pœna majoris excommunicationis ipso facto incurrendæ Nobis, Nostrisque successoribus romanis pontificibus pro tempore existentibus reservatæ adversus quemcumque qui Nostris hisce literis adimplendis impedimentum, objcem aut moram apponere præsumperit.

Clausulæ salutare pro plena executione constitutionis.

§. 36. Mandamus insuper, ac in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus omnibus, et singulis personis ecclesiasticis regularibus, sæcularibus quibuscumque gradus, dignitatis, qualitatis, et conditionis, et iis signanter, qui usque adhuc Societati fuerint adscripti, et inter socios habiti, ne defendere audeant, impugnare, scribere, vel etiam loqui de huiusmodi suppressione, deque ejus causis, et motivis, quemadmodum nec de Societatis instituto, regulis, constitutionibus, regiminis forma, aliave de re quæ ad huiusmodi pertinet argumentum absque expressa romani Pontificis licentiâ, ac simili modo sub pœna excommunicationis Nobis, ac nostris pro tempore successoribus reservatæ prohibemus omnibus, et singulis ne huius suppressionis occasione ullum audeant, multoque minus eos qui socii fuerunt injuriis, jurgiis, contumeliis, aliove contemptus genere, voce, aut scripto clam, aut palam afficere, ac lacessere.

Prohibetur ne quis scribat, vel agat aliquid adversus suppressionem societatem, illiusque socios.

Hortantur  
Principes ut  
Socios defendant.

§. 35. Hortamur omnes christianos principes, ut ea, qua pollent, vi, auctoritate, et potentia, quam pro Sanctæ Romanæ Ecclesiæ defensione, et patrocinio a Deo acceperunt, tum etiam eo quo in hanc apostolicam Sedem ducuntur obsequio, et cultu, suam præstent operam, ac studia, ut hæ nostræ literæ suum plenissimum consequantur effectum, quinimo singulis in iisdem literis contentis inhærentes similia constituent, et promulgent decreta, per quæ omnino caveant, ne dum hæ nostra voluntas executioni tradetur, alla inter Christifideles excitentur jurgia, contentiones, et dissidia.

§. 36. Hortamur denique christianos omnes, ac per Domini nostri Jesu Christi viscera obsecramus, ut memores sint, omnes eundem habere magistrum, qui in cælis est; eundem omnes reparatorem, a quo empti sumus pretio magno; eodem omnes lavacro aquæ in verbo vitæ regeneratos esse, et filios Dei, coheredes autem Christi constitutos; eodem catholicæ doctrinæ, verbique divini pabulo nutritos, omnes demum unum corpus esse in Christo, singulos alterum alterius membra; atque idcirco necesse omnino esse, ut omnes communi charitatis vinculo simul colligati omnibus cum omnibus pacem habeant, ac nemini debeant quidquam, nisi ut invicem diligant, nam qui diligit proximum legem implevit, summo prosequentes odio offensiones, simultates, jurgia, insidias, aliaque hujusmodi ab antiquo humani generis hoste excogitata, inventa, et excitata ad Ecclesiam Dei perturbandam, impediendamque æternam fidelium felicitatem sub fallacissimo scholarum, opinionum, vel etiam christianæ perfectionis titulo, ac prætextu. Omnes tandem totis viribus, contendant veram, germanamque sibi sapientiam comparare, de qua scriptum est per sanctum Jacobum (cap. 3. epist. canon vers. 13) = Quis sapiens, et disciplinatus inter vos ostendat ex bona conversatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ. Quod si zelum animarum habetis, et contentiones sint in cordibus vestris, nolite gloriari, et mendaces esse adversus veritatem. Non est etiam ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. Ubi enim zelus, et contentio, ibi inconstantia, et omne opus pravum. Quæ autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia,

*Bull. Rom. Tom. IV.*

et fructibus bonis non judicans, sine æmulatione. Fructus autem justitiæ in pace seminantur facientibus pacem. =

§. 37. Præsentes quoque literas etiam ex eo quod superiores, et alii religiosi sæpe dictæ Societatis, et cæteri quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, et auditi fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis nostræ, aut alio quovis defectu etiam quantumvis magno inexcogitato, et substantiali, sive etiam ex eo quod in præmissis, seu eorum aliquo solemnitates, et quævis alia servanda, et adimplenda servata non fuerint, aut ex quocumque alio capite a jure vel consuetudine aliqua resultante etiam in corpore juris clauso, seu etiam enormis, enormissimæ, et totalis læsionis, et quovis alio prætextu, occasione, vel causa, etiam quantumvis justa, rationabili, et privilegiata, etiam tali, quæ ad affectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperiitionis oris, reductionis ad viam, et terminos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet concesso aut impetrato quempiam uti, seu se juvari in judicio, vel extra illud posse, sed easdem præsentis semper, perpetuoque validas, firmas et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac per omnes, et singulos ad quos spectat, et quomodolibet spectabit in futurum inviolabiliter observari.

§. 38. Sicque, et non aliter in præmissis omnibus et singulis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, et Sedis apostolicæ nuncios, et alios quavis auctoritate, et potestate fungentes et functuros in quavis causa, et instantia sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, seu interpretandi facultate, et auctoritate judicari, ac definiri debere, ac irritum, et inane si secus super iis a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 39. Non obstantibus constitutionibus, et ordinibus apostolicis etiam in conciliis generalibus editis, et qua-

Efficacia literarum ad privilegiatissimas etiam personas licet non interpellatas extenditur, remoto vitio obreptionis, et subreptionis.

Clausula sublata, et decretum irritans.

Derogatio contrariorum.

tenus opus sit, regula nostra de jure quaesito non tollendo, nec non saepedictae Societatis illiusque domorum, collegiorum, ac ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis eidem Societati, illiusque superioribus, religiosis, et personis quibuslibet sub quibusvis tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque decretis etiam irritantibus, etiam motu simili, etiam consistorialiter, ac alias quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, expressa, individua ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret; illorum omnium, et singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur, et insererentur praesentibus pro plene et sufficienter expressis et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda  
transumptis.

§. 40. Volumus autem, ut praesentium literarum transumptis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigilla alicujus personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima prima julii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio pontificatus nostri anno quinto.

CCLXII.

Datum die 28.  
Julii 1773.  
Anno V.

Capitulo, et beneficiatis collegiatæ ecclesiae de Guimaraes Bracharensis diocesis communicantur privilegia etc. ordinis canonicorum regularium sancti Augustini.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **P**astoris æterni, qui pro gregis salute in ara crucis immolari voluit, vices, quamquam immeriti, gerentes, in terris pia Christifidelium vota, divini cultus augmentum, ac ipsorum fidelium animarum salutem concernentia ad exauditionis gratiam libenter admittimus, eosdemque fideles ad pia, et devota opera exercenda indulgentiis, et peccatorum remissionibus invitamus, ut per operum hujusmodi exercitium, ad æternæ beatitudinis gaudia pervenire mereantur.

§. 2. Cum itaque sicut dilecti filii prior, capitulum, et beneficiati, alique inservientes insignis, ut asseritur, collegiatæ, et regiae ecclesiae nuncupatae de Guimaraes Bracharensis diocesis Nobis nuper exponi fecerunt, in dicta ecclesia a primæva usque illius erectionis per plura deinde sæcula extiterint canonici regulares ordinis sancti Augustini in regnis Portugalliae, et Algabiorum sanctæ crucis Colimbriensis nuncupati, illorumque institutum profiteretur, cum peculiaribus constitutionibus sancti Teutonii olim canonici ejusdem ordinis, et quamvis progressu temporis, dicta collegiata ecclesia ad statum sæcularem redacta, modo clerus sæcularis illi inserviat, nihilominus in priore, capitulo, et beneficiatis, aliisque pro tempore existentibus, et eidem ecclesiae inservientibus semper fuerit peculiaris erga dictum ordinem affectus, atque constans devotio in sanctos, et festivitates ejusdem ordinis, ita ut hoc ineunte sæculo ab illius superiori generali communicationem spiritualium gratiarum alias ecclesiae quoque cathedrali Colimbriensi concessam ipsi obtinuerint. Hinc, ut communicatio hujusmodi firmiter subsistat, et efficacior evadat, dicti exponentes privilegia, gratias, et indulta, quibus ordo ipse, ejusque canonici regulares fruuntur, sibi, et ecclesiae collegiatæ prædictæ per Nos etiam communicari summopere desiderant.

Expositio  
pre-  
eum.

Concessio gra-  
tis.

§. Nos ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerant, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes applicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, memoratam privilegiorum ordini canonicorum regularium hujusmodi alias concessorum communicationem quoad gratias spirituales tantum dictis exponentibus, ac pro tempore existentibus priori, capitulo, beneficiatis, aliisque ecclesiæ prædictæ inservientibus, necnon eidem ecclesiæ auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Sanctio con-  
cessionis per  
clausulas irri-  
tantes, et cum  
derogatione  
contrariorum.

§. Decernentes ipsas presentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit plenissime suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die xxviii. julii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio pontificatus Nostri anno quinto.

CCLXIII.

Dat. die 29.  
Julii 1775.  
anno V.

Absolutio militum Aurei Velleris a juramento, et facultas eis conferendi habitum aliarum militiarum.

Charissimo in Christo filio Nostro Carolo Hispaniarum regi catholico.

Clemens PP. XIV.

Charissime in Christo fili Noster salutem et apostolicam benedictionem.

§. 1. Cum sicut pro parte majestatis tuæ Nobis nuper expositum fuit, statutis militiæ Aurei Velleris, quæ illius miles solemniter juramento servare spondunt, inter alia caveatur expresse in eorum articulo secundo, ne habitus ejusdem militiæ cuique conferatur, qui alterius militiæ, seu ordinis militaris habitu insignitus existat, nisi ejusmodi militiarum, seu ordinum habitum abdicaverit; multoties vero, rationabilibus causis ita suadentibus, ab hac statutaria dispositione recessum fuit, et concesso habitu primodictæ militiæ variis personis, aliis militiis seu ordinibus jam adscriptis, illæ ad dimittendum earundem militiarum seu ordinum habitum adstrictæ minime fuerunt, nec eum dimiserunt; et quamvis statuta prædicta sive a capitulo ipsius militiæ, te præside congregato, sive a majestate tua tamquam suo principe, ejusque fundatoris hærede juxta temporum, et circumstantiarum varietates mutari, seu innovari posse putetur, nihilominus attentata ejusdem militiæ eximia nobilitate, et antiquitate a quacumque statutorum hujusmodi mutatione, seu renovatione abstinere intendis. Cupias tamen securitati, et quieti eorum omnium, quibus habitum dictæ militiæ usque adhuc contulisti, quique etiam alterius militiæ, seu ordinis militaris habitum, vel antea habuerunt, et non dimiserunt, vel postmodum susceperunt, nec indultum illam simul gestandi apostolica auctoritate obtinuerunt, opportune a Nobis provideri; ac præterea facultatem ut in posterum, non obstantibus statutis prædictis, eorumque articulo secundo, et juramento desuper præstito, quicumque milites Aurei Velleris, tua ad id accedente licentia, habitum alterius militiæ, sive aliorum ordinum militarium suscipere, simulque gestare possint; ita ut statim, ac habitum alterius militiæ ei exhibue-

Exponitur lex  
statuti milita-  
ris ordinis,  
prohibens con-  
cessionem habi-  
tus ei, qui  
non abdicave-  
rit habitum al-  
terius militiæ,  
qui nomen de-  
darat, et ne-  
cessitas dero-  
gandi legi præ-  
dictæ, iura-  
mento licet  
confirmata.

ris, aut, tuo accedente consensu, ipsi milites ab alio principe habitum alterius militiæ, seu ordinis militaris oblinuerint ex facto, et assensu hujusmodi, ab observantia eorundem statutorum, quoad præmissa, et consequenter a juramento desuper præstito absoluti censeantur, per Nos tibi concedi plurimum desideres.

Hispaniarum Regi indulgetur arbitrium a lege dispensandi, non obstantibus statutis ordinis, etiam pontificia auctoritate confirmatis.

§. 2. Nos igitur milites primo dictæ militiæ tuo intuitu specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes: et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, eosdem milites omnes qui habitum alterius militiæ seu ordinis militaris jam antea habuerunt, et non dimiserunt aut postea susceperunt, ut putatur, a quibusvis reatibus, perjuriis, et sententiis, censuris, et pœnis, quæ propter præmissa quomodolibet incurrisse dici, et censi possit, auctoritate apostolica tenore præsentium absolvimus, et totaliter liberamus, absolutosque, et liberatos esse decernimus. Eidemque majestati tuæ facultatem (non obstantibus statutis prædictis et consequenter juramento de illis observandis) militibus cujuscumque alterius militiæ, seu ordinis militaris, habitum etiam militiæ Aurei Velleris exhibendi, atque assensum, ut ab alio principe habitus aliarum militiarum, seu ordinarum hujusmodi ipsius exhibeatur præstandi, auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus.

Dispensationes salutare a perjuriis periculo, et a pœnis ecclesiasticis.

§. 3. Eisdem vero militibus, ut ipsi ex solo facto exhibitionis habitus militiæ Aurei Velleris a te peragenda, vel ex solo tuo assensu, ut præfertur, præstando habitum aliarum militiarum, et ordinarum militarium libere, ac licite sine ulla perjurii, aliarumque ecclesiasticarum pœnarum incursu, et conscientiæ scrupulo, simul gestare libere, et licite possint, et valeant pari auctoritate, et tenore tribuimus, et impertimur. Per præsentem tamen non intendimus quidquam detractum, aut præjudicium ullum irrogatum facultatibus, et privilegiis tam majestati tuæ uti ejusdem militiæ Aurei Velleris principi, quam quibuscumque illius fratribus militibus quomodolibet spectantibus, et vigore sive ejus foundationis, sive quarumcumque constitutionum, et ordinationum,

ac literarum apostolicarum competentibus, quin imo eadem privilegia, prædictasque constitutiones, ordinationes, ac literas apostolicas præsertim felicitis recordationis Eugenii pp. IV. et Leonis pp. X. prædecessorum Nostrorum in sua integra vi, et robore semper, ac perpetuo permanere debere, auctoritate, et tenore prædictis decernimus, et declaramus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac militiarum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, stabilimentis, usibus, et naturis, etiamsi de illis servandis, et non impetrandis literis apostolicis contra ea præstitum fuerit juramentum; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima nona junii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quinto.

CCLXIV.

Dat. die 13.  
august. 1773.  
Anno V.

Deputatio particularis congregationis pro executione omnium contentorum in Brevi suppressionis Societatis Jesu.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **G**ravissimis ex causis nuper Nos per alias Nostras in simili forma brevis die xxi. superioris mensis julii expeditas literas, Societatem Jesu extinctam, atque suppressam decrevimus, et declaravimus, ac alias prout in eisdem Nostris literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expres-

Motus proprius pro deputatione congregationis



sis haberi volumus, uberius continetur. Accitis postmodum die vi. currentis mensis augusti dilectis filiis Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteris cardinalibus Andrea s. Matthæi in Merulanam Corsino, Mario s. Augustini Marefusco, Francisco sancti Clementis Carafa, et Francisco Xaverio ss. Silvestri, et Martini ad Montes de Zelada respective nuncupatis, ac dilecto quoque filio Nostro Antonio sancti Georgii ad Velum Aureum, ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ diacono cardinali Casali pariter nuncupato, nec non dilectis etiam filiis magistris Vincentio Macedonio, et Ouphrio Alfano, Nos eisdem omnibus causas ipsas, totamque rei gestæ seriem, ejusque singulares etiam circumstantias aperuimus, ac uberrime patefecimus, perlectisque Nostris literis prædictis, ipsi omnia per Nos gesta, et in eis contenta quam maxime, ac unanimiter commendantes, omnem promereri laudem agnoverunt, putarunt, ac crediderunt. Modo autem volentes, ut quæ in prædictis literis disposita, constituta, et præscripta sunt debitæ executioni, ac juxta animi Nostri sententiam committantur; hinc est, quod motu proprio, atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, unam erigimus, atque instituimus congregationem ex supra dictis quinque cardinalibus, ac duobus romanæ curiæ prælatis, nec non ex duobus quoque regularibus in sacra theologia præclaris, tamquam consultoribus a Nobis nominandis, quibus hæc præcipue cura incumbere debeat, ut ea omnia, quæ in dictis Nostris literis constituta sunt, atque mandata suum assequantur effectum, et si aliqua in earum executione circa modum, personas, et res olim ad Societatem ipsam spectantes suboriri in posterum unquam valeat dubitatio, Nobis prius consultis, tollatur, atque declaretur. Eidem vero sic per Nos institutæ congregationi, omnes, et quascumque pro executione dictarum literarum necessarias, et quomodolibet opportunas facultates, etiam summarie, et sine strepitu, et figura judicii, sola facti veritate inspecta, ac per inquisitionem quoque procedendi adversus omnes, et quascumque personas cujusvis status, gradus, qualitatis, et dignitatis existant, ac res, bona, libros, scripturas, suppellectilia, aliæque ad Societatem prædictam jam spectantia retinentes, occupantes, et occultantes, easque tam sub ecclesiasticis censuris, quam sub aliis arbitrio ipsius congregationis imponendis pœnis ad earum revelatio-

nem, ac restitutionem cogendi, et compellendi, motu, scientia, et pari matura deliberatione tribuimus, et imperitumur.

§. 2. Ne autem ea, quæ in congregatione hujusmodi pertractanda, atque discutienda erunt revelentur, et ad aliorum aures perveniant; omnibus, et singulis eandem congregationem constituentibus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ ipso facto absque ulla declaratione incurrendæ, a qua nemo absolutionis beneficium, præterquam a Nobis, seu romano pontifice pro tempore existente, nisi in mortis articulo constitutus valeat obtinere, prohibemus, atque expresse interdiciamus, ne ea, quæ quocumque modo in dicta congregatione proposita, discussa, aut definita fuerint, sub quovis prætextu, causa, vel quæsito colore patefacere, vel directe, aut indirecte revelare valeant, aut præsumant. Præterea attenda dictæ Societatis suppressione, et extinctione, omnes, et quascumque facultates, jurisdictiones, privilegia, et auctoritates quorumcumque collegiorum, domorum, ecclesiarum, et seminariorum, ac personarum ipsius sic extinctæ Societatis protectoribus, aliisque etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus, et magno quoque pœnitentiario super eis quomodolibet concessas, indultas, et attributas, motu, scientia, et deliberatione similibus suspensas pronunc decernimus, et declaramus, atque omnimodam jurisdictionem, auctoritatem, et potestatem in iis omnibus, quæ quoquomodo personas, ecclesias, domos, collegia, res, et bona dictæ jam extinctæ Societatis respiciant, private quoad omnia alia tribunalia, etiam quarumcumque congregationum eorundem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium tam concilii Tridentini interpretum, quam consultationibus episcoporum, et regularium, ac negotiis Propagandæ Fidei, ac Disciplinæ regulari præpositorum, sublata eis, quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, atque auctoritate, ad eandem congregationem per præsentem constitutam spectare, et pertinere statuimus, et jubemus.

§. 3. Volentes insuper, ut ad dictam tantummodo congregationem a Nobis, ut præfertur, erectam, private pariter, quod alios quoscumque, et quæcumque alia tribunalia spectet quoque, et pertineat non solum providere, sive quæ pœnitentiariorum basilicæ principis apostolorum de urbe, sive quæ

Præcipitur silentium circa singula quæ pertractantur, et definiuntur, in congregatione sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, et uni pontifici reservata.

Eidem congregationi jus tribuitur privativum, deputandi, et eligendi pœnitentiariorum, et superiores collegiorum, et seminariorum.

alios penitentiarios almæ domus Lauretanæ respiciunt, sed etiam viros doctrina, ac pietate præditos, in superiores, lectores, seu magistros domorum, collegiorum, et seminariorum hujusmodi, eligere, ac deputare.

Clausula sublatâ, et decretum irritans

§. 4. Decernentes easdem præsentibus literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quibusvis, etiam jramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac insertis habentes, ad præmissorum effectum specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima tertia augusti millesimo septuagesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quinto.

CCLXV.

Datum die 18.  
augusti 1773.  
Anno V.

Indultum ut alumni collegii Scotorum Vallisoletanæ de consensu rectoris ad omnes sacros ordines promoveri valeant.

Dilecto filio Joanni Gaddes moderno, et pro tempore existenti rectori collegii Scotorum Vallisoletanensis.

Clemens PP. XIV.

Dilecte fili salutem,  
et apostolicam benedictionem.

§. 1. De tua singulari fide, prudentia, et doctrina plurimum in Domino confidentes, ea tibi concedenda duximus, quæ infrascripti collegii, et alumnorum illius commodo, et utilitati profuturum esse cognovimus. Itaque de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositorum consilio, tibi moderno, et pro tempore existenti rectori ad triennium proximum tantum, et interim quamdiu rectoris munere in isto collegio Scotorum Vallisoletanæ fungeris, seu rector hujusmodi pro tempore existens fungetur, quo ipsius scholares alumni post longos studiorum labores sacerdotali ministerio pro loci, et temporis necessitate fungi, et functionibus sacris assuescere, ac ecclesiæ dicti collegii officia divina præstare, seu uti operarii fructuosius mitti valeant, eisdem alumni, dummodo ipsi juramentum præstari solitum ab alumni collegiorum pontificiorum hujusmodi, ac præsertim redeundi in Scotiam præsent, de tuo consensu, et examine præcedenti, ut absque literis dimissoriis suorum ordinariorum clericali militiæ adscribi, et aliquibus quatuor etiam feriatis, ac continuis, vel interpolatis, seu unica, diebus ad quatuor minores, nec non tribus dominicis, seu aliis festivis diebus (non tamen continuis, sed semper aliquo temporis spatio, arbitrio tuo definiendo, interpolatis) ad titulum missionis ad sacros etiam presbyteratus ordines extra tempora a jure statuta, et anni curriculo non expectato, nec servatis interstitiis a sacro concilio Tridentino designatis, et absque eo, quod antequam de uno ad alium ordinem promoveantur, in primo suscepto ministrare, aut alicujus servitio ecclesiæ adscribi teneantur, promoveri, et promoti in il-

Ratio concessionis, et conditiones, quibus gratia alligata est.

lis altaris ministerio ministrare libere, et licite valeant, concedere, et indulgere; nec non tibi, ut per te, vel confessorem idoneum, quem eligendum duxeris, singulos alumnos prædictos a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quovis occasione, vel causa latis, quas ipsi pro tempore quomodolibet incurrerint, ac quibusvis peccatis, et excessibus, ac delictis quantumcumque gravibus, et enormibus, etiam in casibus die Cœnæ Domini legi consuetis (conspirationis in personam, vel statum romani pontificis, falsitatis literarum, et scripturarum apostolicarum, delationis armorum, aliorumque prohibitorum ad partes infidelium, ac injectionis manuum violentarum in prælatos dumtaxat exceptis) absolvere, et pro commissis pœnitentiam salutarem, et alia injungere eis, et cum illis super irregularitate contracta, vel quia ex parentibus hæreticis nati sint, vel quia alias ipsimet hæretici fuerint, dispensare libere, ac licite valeas, dictusque rector pro tempore existens valeat, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus. Præsentibus post lapsum triennii hujusmodi minime valituris.

Derogatio contrariorum.

§. 2. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima octava augusti millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 18.  
aug. 1773.  
Anno V.

CCLXVI.

Confirmantur nonnulla rescripta, seu decreta super celebratione festivitatis beatæ Mariæ virginis de Igne in civitate, et diœcesi Foroliviensi edita.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. **P**rius Christifidelium votis gloriosissimæ virginis Dei genitricis Mariæ cultum respicientibus libenter annuimus, atque ea fovere jugiter satagentes, pastoralis officii nostri, et apo-

stolicæ auctoritatis partes in iis omnibus; quæ ad augendam in populis, illius venerationem pertinent, interponere non prætermittimus, quemadmodum ad ejus majorem gloriam expedire in Domino arbitramur.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii conservatores et magistratus civitatis nostræ Foroliviensis quod alias anno nempe 1717 ejusdem civitatis nomine supplices porrectæ fuerunt preces congregationi tunc existentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacris ritibus præpositorum, quibus petebatur, ut festivitas beatæ Mariæ virginis ab Igne nuncupatæ patronæ principalis dictæ civitatis, quæ prius celebrari consueverat die quarta februarii cujuslibet anni, quæque postmodum, anno videlicet 1676 instantibus bo. me. Claudio Ciccolino tunc episcopo Foroliviensi, atque capitulo, et canonicis illius ecclesiæ cathedralis translata fuit ad diem vicesimam octobris cum officio, et octava, quemadmodum in diebus festis primæ classis concedi solet, iterum cum eodem officio, et octava, pro commoditate non tantum cleri, sed etiam populi ad eandem diem quartam februarii esset transferenda. Audito autem super hujusmodi precibus bo. me. Thoma Torello, qui Foroliviensi ecclesiæ tunc temporis præerat, is eidem congregationi retulit, magnificum in cathedrali ecclesia hujusmodi extare sacellum in honorem ejusdem virginis Mariæ nuncupatæ ab Igne ob insignæ miraculum retroactis sæculis patratum per ejus imaginem, quæ licet ex papyro, ingenti excitato incendio, et conflagrata domo, cujus parietibus affixa erat, illæsa per flammam volitavit; qua propter ab inde citra, serie non interrupta, occurrentibus in dies necessitatibus eidem civitati præsidio fuerat, et nedum populus Foroliviensis, sed etiam finitimarum civitatum, et locorum ad eam undique confluebat. Deinde superaddidit, quod illius festum die quarta februarii annuatim celebri pompa, ingentique populorum frequentia, civitas ipsa semper celebraverat, et tunc quoque celebrabat, ac solum anno 1676 bo. me. Claudius Ciccolinus episcopus predictus festum hujusmodi ad diem vicesimam octobris transtulit auctoritate prædictæ congregationis, quæ præterea indulserat recitationem officii prædicta die sub ritu duplici primæ classis, cum octava, ac propriis lectionibus. Recognito tamen successive, quod aptius antiquo more illud

Expositio præcum super existentia veteris rescripti.

celebrabatur die quarta februarii ob memoriam diei, quo relatum miraculum acciderat, antiquus mos resumptus fuit, omisso octavario; tum vero universus populus una cum clero Foroliviensi petebat, ut in eodem festo diei quartæ februarii recitari posset in civitate, ac diœcesi Foroliviensi officium cum octava privilegiata secundi ordinis, una cum lectionibus alias in dicta precedenti concessionem approbatum. Audita itaque huiusmodi relatione, eadem congregatio die xx novembris 1717 rescripsit = pro gratia = ac alias prout in dictis precibus, relatione, et rescripto, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur,

Declaratur quomodo in antiqua concessionem comprehensi fuerint quoque regulares utriusque sexus

§. 3. Quamvis igitur ab inde citra rescriptum, seu decretum huiusmodi executioni demandatum fuisset, quia tamen expressa, ac individua mentio cleri regularis Foroliviensis tum facta minime reperiebatur, nonnulli ex eis postmodum dubitarunt, an regulares utriusque sexus in illo comprehensi dici deberent; qua de re anno 1746 ecclesiastici, et populus dictæ civitatis supplices suas dederunt preces felicis recordationis Benedicto pp. XIV. prædecessori nostro ad hoc ut ipse comprehensus etiam declararet utriusque sexus regulares, et quatenus opus esset, jam obtentam gratiam ad illos extenderet, atque rescriptum producit = Ex audientia ssmi die xi. januarii 1746 = Sanctissimus benigne annuendo petitis per modum declarationis, sive extensionis juxta preces indulgit = Joseph Livizzari secretarius = ac alias prout in eisdem precibus, et rescripto, quorum pariter tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur.

Executio, et observantia rescripti, cui novum postea superaccessit pro recitatione semel in mense officii, et missæ B.M.V.

§. 4. In cuius quidem rescripti executionem, non solum clerus sæcularis sed etiam regularis civitatis, et diœcesis Foroliviensis in eorum respective kalendaris, seu ordinibus pro recitatione divini officii quotannis imprimi consuevis juxta præmissa omnia officium B. M. V. de Igne cum octava recitandum esse edixerunt, ac re ipsa recitarunt, et celebrarunt; eodemque insuper anno 1746 episcopus, universusque clerus Foroliviensis, ut devotio populi erga ipsam B. M. V. magis magisque augetur a memorato Benedicto prædecessore petiit, obtinuit facultatem officium ejus proprium, et missam semel

in mense, die non impedita, recitandi, ac alias prout in decreto desuper a bo. me. Joanne Antonio, dum vixit, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinali Gaudagni nuncupato, et dictæ congregationis sacris ritibus propositæ præfecto prodito, uberius continetur;

Tenor novi rescripti.

§. 5. Tenor autem decreti huiusmodi est sequens videlicet = Foroliviensis = Ad magis excitandam populi devotionem erga beatissimam virginem de Igne patronam principalem civitatis, et diœcesis Foroliviensis, episcopus, nec non universus illius clerus pro facultate recitandi semel in mense officium proprium cum missa ejusdem B. M. V. ssmo dño nostro Benedicto XIV supplicarunt; et Sanctitas Sua huiusmodi instantiæ benigne inclinata clero sæculari præfatæ civitatis, et diœcesis petiti officium proprium, et missam semel in mense, die non impedita ab alio officio novem lectionum, et exceptum adventus, quadragesimæ, ac vigiliarum temporibus, sub ritu semiduplici indulgit, atque concessit. Die 18 novembris 1746.

J. A. card. Guadagni pro-præfectus.

I. patriarcha Hierosolymitanus secretarius

Loco ✕ Signi

§. 6. Mox vero ad summi apostolatus apicem Nos, licet immerentes, divina largitate evecti, ad preces venerabilis fratris Nicolai modernj episcopi Foroliviensis missam, et antiphonas, tam ad Magnificat, quam ad Benedictus, orationem proprias recitandas in officio, et missa B. M. V. de Igne patronæ principalis dictæ civitatis, cujus festum solemni pompa, ac populi devotione die quarta februarii celebrabatur, post accuratum tunc existentis promotoris, fidei examen approbavimus, atque, ut in posterum de octava ejusdem festi fieri posset etiam in quadragesima, cum facultate celebrandi in ecclesia cathedrali unam missam votivam singulis novem diebus præcedentibus festum predictum, exceptis dominicis, et diebus primæ, et secundæ classis, et non ommissa altera missa conventuali de festo occurrente, concessimus, ac indulgimus, ac alias prout in decreto diei 27 martii 1770 subscripto a bo. me. Flavio, dum vixit, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinali Chisio nuncupato, ac memoratæ

Speciales orationes in officio, et missa, diei quartæ februarii recitandæ approbantur.

congregationis præfecto, cujus tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, fusius continetur.

§. 7. Novissime tamen, cum postquam spatio quinquaginta quatuor annorum, juxta indultum, seu gratiam obtentam anno 1717 pro celebratione octavæ privilegiatæ secundi ordinis, ea re ipsa celebrata fuerat, aliqua insurrexisset difficultas, an in posterum quoque celebranda foret, clerus, ac populus omnis dictæ civitatis humiliter a Nobis petiit, ut morem et consuetudinem celebrandi eamdem octavam privilegiatam confirmare, et quatenus opus esset, roborare, seu convalidare dignemur, quibus sane precibus in omnibus annuendum censuimus prout ex rescripto desuper edito, cujus tenor est qui sequitur

Tenor  
rescripti.

§. 8. Ex audientia Sanctissimi die secunda januarii 1773 = Sanctissimus benigne annuit pro gratia in omnibus juxta petita. Contrariis quibuscumque non obstantibus = V. Macedonius secretarius =

Dubitationes  
subortæ super  
interpretatione  
rescripti.

§. 9. Imminebat sane dies quarta februarii ejusdem currentis anni, qua in civitate prædicta celebranda erat solemnitas ejusdem B. M. Virginis de Igne et vix audito, quod adhuc super interpretatione dicti decreti, ut præfertur, editi die 27 martii 1770 aliqua quoad celebrationem octavæ in medium proponebatur difficultas, propter quam subsequens nostri rescripti editi die secunda mensis januarii præteriti executio in dubium forsan revocari verebatur, statim ipsi exponentes, nomine quoque cleri, et populi supplices Nobis porrexerunt preces humiliter petendo, ut ad tollendam penitus quamcumque ambiguitatem, declarare dignemur, quod, quacumque ulteriori postposita mora, præfata civitas, ejusque diocesis frui posset obtenta gratia celebrandi eamdem octavam secundi ordinis, et privilegiatam, eodem ferme modo quo spatio annorum quinquaginta quatuor sub prædecessoribus episcopis ex scripturis, ac monumentis eam celebratam fuisse constabat.

Mandat Pontifex  
servari solitum,  
quod ab Episcopo  
declaratur.

§. 10. Nos itaque ipsorum exponentium, et supplicantium votis annuentes commisimus dilecto filio magistro Vincentio Macedonio supplicum libellorum secretario, ut Nostro nomine eidem Nicolao episcopo scriberet, quod, cum ex publicis juribus, et calendariis di-

ctæ ecclesiæ Foroliviensis constaret non solum summa populi devotio, sed etiam usus, sive observantia octavæ privilegiatæ pro festo beatæ Mariæ virginis de Igne, hinc solitum servari deberet, sine ulla prorsus mutatione, quæ persæpe in populis devotionem tepescere facit, ac perturbationes progignit, prout re ipsa idem Vincentius nostris mandatis obtemperando, suas die tertia februarii currentis anni juxta præmissum modum scripsit literas eidem Nicolao episcopo, ad quem tunc in Ariminensi civitate commorantem ipsi exponentes illas transmiserunt, dictusque episcopus sua responsione eis data, se paratum executioni Nostræ voluntatis exhibuit, ac alias prout ex ejus epistola, et responsione hujusmodi, cujus tenor est qui sequitur, nempe.

§. 11. Foris. Agli illm̃i signori signori padroni colm̃i li signori conservatori di Forlì = dentro = illm̃i signori padroni colm̃i = Da una lettera di monsig. Macedonio segretario de' memoriali di Nostro signore avendo compreso quale sia la sovrana mente di Sua Santità relativamente all' officio, ed ottava per la festa della Madonna ss̃ma del Fuoco, provo tutto il piacere di dare alla medesima mente pontificia la dovuta esecuzione, lusingandomi di incontrare con questo tutta la soddisfazione delle signorie vostre illm̃e, siccome procurerò di incontrarla mai sempre in tutte le altre occasioni. E mentre a questo mi offerisco dispostissimo, con distinta stima mi confermo.

Tenor declarationis  
prolata ab episcopo.

Delle signorie vostre illm̃e.

Rimino 8 febraro 1773.

Signori Conservatori di Forlì dño obbl̃no. servit. M. Vescovo di Forlì

§. 12. Cum autem sicut eadem expositio subungebat, quamvis super præmissis omnibus sic recte compositis, atque ordiatis, nulla revera oriri possit dubitatio super futura quoque eorum executione, et observantia, nihilominus, dicti exponentes, ut cuilibet adimatur locus diversimode interpretandi indulta, gratias, rescripta, et decreta, sive a Nobis, sive a memorato Benedicto prædecessore, et a congregatione prædicta edita, atque concessa, hinc ea omnia per Nos approbari, et confirmari plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

Imploratur  
omnium decretorum  
confirmatio.

H h h h



Confirmatio  
apostolica.

§. 13. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, prædicta omnia decreta, rescripta, omnesque gratias, et concessiones, ut præferuntur, sive a Nobis, sive ab eodem Benedicto prædecessore, sive a congregatione prædicta sacris ritibus præposita, quocumque modo celebrationem diei festi ejusdem beatæ Mariæ virginis de Igne in civitate, et diœcesi Foroliviensi, ejusque octavam, et recitationem missæ, lectionum, orationis, et antiphonarum respicientia, edita, ac respective indulta, atque concessa una cum omnibus in eis contentis, et expressis, auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis, ac perpetuæ firmitatis robur adiicimus, omnesque juris, et facti, ac solemnitatum defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus, et sanamus, ac quatenus opus sit de novo concedimus, et indulgemus, illaque omnia perpetuis futuris temporibus, sublata cuicumque aliter interpretandi facultate, servanda, et exequenda esse præcipimus, et mandamus.

Clausula subla-  
ta, et decre-  
tum irritans.

§. 14. Decernentes ipsas præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-  
trariarum.

§. 15. Non obstantibus apostolicis, et in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, et quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum qui-

busvis etiam derogatarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima tertia augusti millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quinto.

CCLXVII.

Datum die 7<sup>a</sup>  
Septemb. 1775

Confirmantur nonnullæ ordinationes pro bono regimine conventus villæ de Caspe fratrum cappellanorum obedientiæ hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **E**a omnia, quæ pro recto gubernio ecclesiarum, domorum, ac personarum ibidem divinis obsequiis insistentium felici directione, et utilitate provide, prudenterque constituta esse noscuntur, apostolicæ auctoritatis præsidio libenti animo roboramus, quemadmodum rerum, et temporum circumstantiis mature perpensis, in Domino magis salubriter expedire conspiciamus.

Proemium.

§. 2. Nuper pro parte dilecti filii Francisci Ximenez de Texada magni magistri hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani expositum Nobis fuit, quod dum jam parochialis ecclesia loci de Caspe vulgo nuncupata Cæsaraugustanæ diœcesis una cum omnibus suis juribus, redditibus, et proventibus, emolumentis, et pertinentiis quibuscumque ad ejusdem ecclesiæ rectorem pro tempore existentem spectantibus, præceptoræ, seu commendæ de Caspe pariter nuncupatæ hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani, atque eidem hospitali unita, annexa, et ut asseritur, canonicè incorporata fuit. Postmodum vero bo. me. Joannes Ferdinandus de Eredia

Expositio factorum circa editas ordinationes.

tunc temporis magnus magister hospitalis hujusmodi in dicto loco de Caspe unum conventum fratrum cappellano- rum obedientiæ ipsius hospitalis erigere, atque fundare desiderans, eidem conventui bona, redditus, proventus, emolumenta memoratæ parochialis ecclesiæ, ut præfertur, unitæ, et incorporatæ assignavit, atque donavit tam prædicta bona, quam alia ab ipso jam empta, et acquisita, nec non etiam acquirenda pro fundatione, et dotatione prædicti conventus, ac fratrum cappellano- rum in eo existentium sustentatione, propriis insuper expensis ædificata domo cum claustro, dormitorio, et refectorio, aliisque ad id necessariis, et congruentibus, simulque etiam provisio, ne ecclesiæ prædicti conventus tunc erigendi sacra suppellectilia, utensilia, cæteraque ad ejus servitium requisita minime deficerent. Anno itaque 1394. præscriptæ fuerunt constitutiones, statuta, et capitula, quibus conventus hujusmodi regi, et gubernari deberet, ac post erectionem, dotationem, atque statuta prædicta, nonnullæ identidem supervenerunt reformationes, et innovationes, cæteroque canonice editæ, atque executioni demandatæ. Progressu tamen temporum, cum in eodem conventu propter reformationes, et innovationes hujusmodi discordiæ, pluresque inordinationes evenerunt, hinc coacti fuerunt quatuor ex sex fratribus cappellanis obedientiæ, ex quibus dictus conventus tunc constituebatur, nempe Augustinus Ponter, Antonius Rosales, Petrus Arpal doctor, atque Joachimus Martin, ho. me. Emmanueli Pinto, dum vixit, ejusdem hospitalis magno magistro id totum exponere, simulque etiam petere novas constitutiones, quæ consentaneæ essent piæ menti, ac voluntati dicti Joannis Ferdinandi fundatoris, et benefactoris ejusdem conventus, nec non temporum varietati, ac circumstantiis, ad laudabilem sane finem ibidem vivendi juxta regularem disciplinam, servatisque legibus æconomici gubernii, quod maximi habendum est in quacumque ecclesiastica communitate, quo sane pacto discordiæ, et inordinationes prædictæ penitus amoverentur. Qua de re prædicti quatuor fratres cappellani obedientiæ memorati conventus suas porrexerunt preces eidem Emmanueli magno magistro, in quibus exposito prius, jamdudum editas fuisse regulas, et constitutiones pro gubernio dicti conventus a memorato Joanne Ferdinando de Eredia fundati, et dotati, nonnulla in eis-

*Bull. Rom. Tom. IV.*

dem regulis, et constitutionibus præceptis sancita, atque alia, quæ ad præsentem rem pertinebant, singillatim ipsi in eisdem precibus narraverant juxta tenorem, qui sequitur nempe.

§. 3. Nel primo statuto manifesta il fondatore le sue cristiane, e rette intenzioni, ordinando, che in esso convento vi dovessero essere nove religiosi professi dell' abito di questo s. ordine claustrali, che menassero vita comune, addetti al coro per cantare le ore canoniche, ed il matutino a mezza notte, con dovere medesimamente adempire gli obblighi della chiesa parrocchiale unita al convento, il di cui governo, e soprintendenza concesse il pontefice al convento; vale a dire al priore, ed ai religiosi, ordinando ai beneficiati, o chierici secolari della suddetta parrocchiale chiesa di dovere obbedire al detto priore del convento, o presidente in quello, che riguarda le funzioni della chiesa, con dare la facoltà al medesimo priore, o presidente di potere usare contro li renitenti delle censure ecclesiastiche; ed affinché li nove religiosi conventuali, o ciascedun di loro non venisse impedito nel suo officio, dispose, che il curato, ossia parroco fosse altro religioso distinto dalli nove, la di cui nominazone, o presentazione appartener dovesse al venerando castellano d'Amposta.

Tenor constitutionum veterum præcipientium vitam communem.

§. 4. Fondato, che fu il detto convento coll' andar del tempo si ricorse dai religiosi all' emò gran maestro, e si domandò la dispensa della vita comune, e dal medesimo col suo venerando consiglio, precedente la relazione dei commissarij, si ottenne la bramata dispensa, come si rileva dalla Bolla spedita li 18 febraro 1717. ab Iac.

Dispensatio a vita comuni.

§. 5. Con detta Bolla si prescrive, che dalla massa comune delle rendite del convento, si adempissero tutti gli obblighi ordinarj, e strardinarj, mettendo da parte ogni anno libbre 100. per i bisogni del convento, ed il rimanente, o poco, o assai secondo la contingenza delle rendite annuali, che potrebbero esiggersi, si dividesse tra detti priore, e religiosi, colla permissione di potere pranzare, e cenare nelle proprie stanze, senza che il convento fosse più obbligato a dargli conforme per il passato, nè gli alimenti, nè le libbre 86. ogni anno per gli abiti, e distribuzioni, nè tampoco somministrargli altre spese per infermità, e salarij per i loro scrvi.

Divisio reddituum conventus.

Abusus intro-  
ductus a prio-  
re super per-  
ceptione par-  
tis sibi debitæ.

Dispensatio a  
celebratione  
matutini de  
media nocte.

Ex mala con-  
stitutionum in  
terpretatione  
circa electio-  
nem prioris, et  
religiosorum  
subortæ sunt  
lites, et dissi-  
dia.

Contra for-  
mam statuto-  
rum proces-  
sum fuit quo-  
ad electionem  
parochi.

Proponitur re-  
formatio du-  
plex, quoad gu-  
bernum con-  
ventus, et ec-  
clesiæ, et circa  
tenorem vitæ  
religiosorum.

§. 6. E quantunque nella suddetta Bolla, ossia decreto non fu distinto il priore per conseguire maggiori emolumenti; tuttavia pretese, e vâ conseguendo abusivamente una doppia porzione.

§. 7. Il sommo pontefice pur anche dispensò il matutino, che si cantava nella mezza notte, e concesse ai religiosi del convento di cantare le ore canoniche, ed il matutino nelle ore, che si cantano nella collegiale della città d' Alcanniz.

§. 8. Quelle costituzioni, che dispongono, ed ordinano le formalità dell' elezioni nelle vacanze del priore, e religiosi si sono interpretate, ed intese con tanta diversità di sentimenti, che causarono più ricorsi, e le discordie non meno dissonanti, che distruttive della pace, e concordia religiosa, come appare dalli processi su di ciò intavolati, ed esistenti nell' archivio della reverenda castellania d' Amposta, e seguirono nell' anno 1755. in occasione della discordante elezione del sacerdote fra Agostino Pontor uno de' supplicanti nell' anno 1761 in occasione della elezione di fra Antonio Rosales; nel 1762 nella elezione del priore fra Antonio Porlador, e nella elezione del religioso fra Antonio Navarro, e presentemente in quella di fra Agostino Centol, su della quale verte lite già introdotta nel venerando consiglio.

§. 9. Andarono ancora in desuetudine i statuti risguardanti il curato, che sebbene religioso vien distinto dall'emo fondatore. La disposizione, alterazione, ed inosservanza delle costituzioni furono, e saranno sempre l'origine d' infinite dispute, contenzioni, litigi fra i differenti corpi del convento, congregazione de' beneficiati, e prior curato.

§. 10. Che però ne ricorrono supplichevoli gli oratori per ottenere da v. a. e. una nuova costituzione coerente all' intenzione del fondatore, alla variazione de' tempi, ed alle circostanze presenti per vivere colla disciplina regolare, e colle leggi di un governo economico, che più d'ogni altro deve riguardarsi. E per potere l' a. v. unitamente col suo venerando consiglio divenire colla sua solita prudenza a stabilire le leggi univoche allo stato ecclesiastico, si avanzano gli oratori ad esporle con tutta la dovuta modestia, e subordinazione al di loro capo, e superiore, che la domanda ha per mira due articoli essenziali.

L' uno riguarda il governo della chiesa, e l' altro il convento, cioè il

vivere da religioso secondo la circostanza de' tempi.

§. 11. In quanto al primo fa d'uopo sapere, che la chiesa parrocchiale della villa di Caspe è unita al convento, talmente che i fra cappellani sono partecipanti degli anniversarij mortuorij, ed altri redditi della chiesa, siccome i chierici secolari della medesima, e nelle cose appartenenti alla chiesa parrocchiale i fra cappellani, ed i chierici secolari costituiscono un corpo; tutti indistintamente hanno il voto negli affari capitolari: il priore, gli altri religiosi del convento hanno il gius di presiedere, e di governare la chiesa.

§. 12. Da questa simultanea concorrenza, ed unioni nacquerò le liti, e le dissensioni, e talvolta per l' imprudenza del priore, che senza l' unanime voto de' collegiali, ed a sua discrezione varia il tempo per recitarsi l' ore canoniche, ed il divino officio; egli intende esercitare una quasi giurisdizione vescovile, ciò che diede, e dà motivo a chierici subordinati alla parrocchia di reclamare, e portare i loro lamenti fuori della giurisdizione di questa sua s. religione al metropolitano, ed al consiglio regio.

§. 13. Fu parimenti causa, che il clero in oggi pretende separarsi dal convento, e che si governasse da un parroco come prima dell' unione della parrocchia al convento silvasi; il che ridonderà ad un grave pregiudizio de' privilegi di questo s. ordine; e per tanto si ricorre alla perspicacità, e somma prudenza dell' a. v. e. per un opportuno rimedio con stabilire quelle leggi, che stimerà col venerando consiglio opportune per sedare tante, e tante dissensioni, e mantenere i sacrosanti privilegi.

§. 14. Rispetto al secondo, che sebbene l' intenzione, e disposizione del fondatore non si possa in tutto adempire, perchè la Sede apostolica temperò, e moderò tutti gli statuti, e perchè fu dispensata la vita comune, e data la facoltà di distribuire li proventi a' religiosi, come sopra si disse, e si son fatte tante cappellanie regolari, o canonicati regolari, come vengono chiamati nella costituzione 31. Eccone dunque a v. e. i motivi con riflessione portati alla medesima, affine, che col suo venerando consiglio devenghi ad una nuova costituzione riformando gli abusi, e correggendo i statuti, adattandoli ai tempi presenti tanto per quel che riguarda il governo della chiesa, quanto per quel che con-

Quæ sint pra-  
standa pro re-  
cto gubernio  
Ecclesiæ, et  
conventus sta-  
tuuntur.

Quia mala su-  
borta fuerint  
a veteri agend-  
methodo expo-  
nitur.

Exponitur re-  
medium ut eli-  
minentur dis-  
sensiones, et  
privilegia sar-  
cla maneant.

Quia sancta  
Sedes funda-  
toris statuta  
moderata est,  
nova constitu-  
tio expostula-  
tur.

cerne il temporale, e la vita dovranno menare i conventuali di Caspe, sottomettendosi sempre gli oratori a quanto sarà per determinare l' a. v. e. che come superiore venerano, ed obbediscono.

Preces consilio remittuntur.

§. 15. Magister hospitalis Hierosolym. Porrigantur preces Nostro venerando concilio. Datum in palatio die xvi. januarii MDCCLXXI.

F. C. Ferruggia auditor.

Consilium praecipit, quod visitatio peragatur.

§. 16. Cum igitur idem Emmanuel tunc magnus magister relato suo rescritto super dictis precibus edito die xvi. januarii MDCCLXXI. injunxisset, ut preces hujusmodi porrigendae essent dilectis filiis consilii ipsius hospitalis, id factum re ipsa fuit; atque in hujus remissionis sequelam consilium praedictum suo decreto edito die xvi. maii ejusdem anni mandavit, ut extrahenda esset copia processus visitationis, quam dilectus filius Michael Doz frater miles expresse professus, et castellanus castellaniae de Emposita ipsius hospitalis sancti Joanni Hierosolymitani tamquam ordinarius, ac superior dicti conventus de Caspe propter discordias, et inordinationes hujusmodi aggredi, et prosequi debuit anno MDCCLXX., nominatis ad hunc effectum duobus visitoribus, atque ab eis in dicta visitatione praescriptis opportunis provisionibus, prior major, fratres, et capitulum memorati conventus easdem provisiones, eo, quo par erat, obsequio, ac veneratione exceperunt, ac se se promptos, et paratos observantiae, et executioni quorumcumque omnium articulorum in visitatione hujusmodi praescriptorum exhibuerunt, ac alias prout in processu dictae visitationis, cujus tenor est sequens, nempe.

Tenor processus visitationis

§. 17. In detta terra di Caspe il dì ventuno di dicembre dell' anno mille settecento settanta i molto illustri signori visitatori alla presenza di me segretario dissero, che siccome dal fascicolo segreto delle diligenze, e dalle informazioni, e notizie sicure, e segrete, che hanno prese risultano sufficientemente giustificati i motivi, sui quali trovasi fondato il decreto generale, che deve ultimare questo espediente, e che secondo il parere delle signorie loro non si deve oggi fare altra diligenza, se non se quella della sua intimazione, e notificazione, ad oggetto, che tutte le persone comprese in esso osservino, praticino, ed adempiano puntualmente il tenore di tutti i suoi articoli sotto le pene, e censure prescritte nelli medesimi articoli, avendo

con una tale diligenza risoluto di ritornarsene alla città di Sagurozza, lasciando aperta la visita per lo spazio di trenta giorni, o più, qualora si stimino convenienti pel suo miglior esito; perciò dovevano comandare, e comandarono, che per domani si convochi, e si unisca il capitolo del priore, e religiosi di questo convento, e casa; ed in detto capitolo si faccia loro presente, s' intimi, e si notifici il decreto generale della visita, che hanno detti signori conformemente pronunciato, col consegnare ai suddetti copia sottoscritta sigillata, ed autenticata per la sua migliore intelligenza, e suo più puntuale adempimento = In questa guisa comandarono, e sottoscrissero i suddetti, del che faccio fede

Cuber

Falces

Ita est

Francesco Antonio Campos segretario.

Nel suddetto convento, e terra di Caspe nel dì, mese ed anno di sopra riferiti. Io sottoscritto segretario notificai il sopradetto atto a dou fra Francesco Samper priore maggiore del suddetto convento, il quale informato di quanto in quello viene ordinato, disse, che convocherebbe il capitolo generale de' religiosi del suddetto convento nel dì seguente, del che faccio fede.

Campos

Nel suddetto convento di san Giovanni della terra di Caspe il dì ventidue di dicembre dell' anno mille settecento settanta trovandosi uniti, e congregati nell' abitazione, e stanza priorale i molto illustri priore, e religiosi dell'anzidetto convento in forma di capitolo, a cui presiedevano i molto illustri signori visitatori don fra Giuseppe Cuber, e dottor don Francesco Saverio de Falces, intervennero, e si trovarono presenti fra Francesco Samper priore maggiore, fra Agostino Punter sagrestano maggiore, fra Antonio Rosales, fra Antonio Navarro, e fra Gioacchino Martin priore e religiosi del suddetto convento, e trovandosi tutti li succennati così uniti, e congregati, i suddetti signori visitatori fecero loro un breve discorso, e ragionamento col manifestare alli medesimi, che l' unico oggetto, che avuto avevano in questa visita era, ed era stato il maggior servizio di Dio, il bene spirituale, e temporale del convento, e suoi individui, desiderando essi, che

tutti raccolto avessero un sì pregievole frutto per beae, e profitto delle loro anime, e per l'onore, e lustro della inclita, e sagra religione, che professavano, e siccome le signorie loro avevano risoluto di partire il giorno seguente, e tornarsene alla città di Saragozza per applicarsi a sbrigare altri negozi urgenti, e gravi era necessario intimare, e notificare loro il decreto generale della visita, che avevano giudicato conducente al servizio di Dio, e per rimediare i danni, ed abusi, che si sperimentavano nella inosservanza delle costituzioni di questo convento, e casa, quali dovrebbero osservare, ed adempire esattamente, e religiosamente i medesimi religiosi. Ed avendo tutto ciò inteso tutti li succennati, il medesimo priore maggiore in nome del suo capitolo rese molte grazie agli enunciati signori visitatori pel zelo, amore, e carità esercitata da essi in questa loro visita, e si esibì pronto con tutta la sua comunità ad ascoltare, accettare, osservare, eseguire, ed adempire non solo il decreto generale della visita, ma benanche tutti gli altri, che si stimassero conducenti al maggiore piacere di Dio, ed osservanza delle sante costituzioni: e per la intelligenza di tutto per ordine delli riferiti signori visitatori io notaro, e segretario in pieno capitolo con alta, ed intelligibile voce, dalla sua prima parola, e linea, sino alle ultime lessi, intimai, e notificai il decreto generale del tenore seguente.

§. 18. Noi don fra Giuseppe Cnber umile religioso professore dell' inclita, e sagra religione di san Giovanni di Gerusalemme commendatore di Calabera, e Balonga, ed il dottore don Francesco Saverio de Falces canonico della santa chiesa cattedrale della città di Balastro, e della medesima città, e sua diocesi intiera governatore, e vicario generale nello spirituale, e temporale, ambidue visitatori nominati dall' illustrissimo signore gran castellano di Amposta fra don Michele Doz per la visita del convento di san Giovanni nella presente terra di Caspe col mezzo delle sue lettere patentali datate dal convento della Valletta dell' isola di Malta nel dì ventisette del mese di agosto del corrente anno mille settecento settanta. = A voi priore, frati religiosi, e persone di questa casa, e convento, a ciascuno, ed a qualunque di voi auguriamo salute nel nostro Signor Gesù Cristo, che è la vera salute, ed insieme facciamo sapere qualmente in esecuzione della sagra visita a noi appoggiata per scarico della no-

stra coscienza, acciò Dio sia servito, pel bene spirituale, e temporale di questo convento, e casa, e di cadauno dei suoi individui, affinché siano osservate le sue costituzioni, lodevoli pratiche, ed usi, per riforma degli abusi, e per edificazione de' fedeli sì secolari, che regolari di questo convento, e terra di Caspe; avendo noi visitata la chiesa parrocchiale, il santissimo Sacramento, e vasi sagri, le reliquie, gli altari, il battisterio, i santi ogli, le immagini, la sacrestia, e sacri arredi, e paramenti, il convento, le sue officine comuni, le abitazioni, l'archivio, i fondi, e beni, ed ogni individuo in particolare (ed altre cose, che abbiamo stimato conveniente,) avendone formata cognazione, e prese le necessarie informazioni, uniformandoci alle vostre costituzioni, è stato attuale di questo convento, e casa, ci è sembrato conveniente dare diversi ordini ad oggetto, che voi priore, religiosi, ed individui del medesimo convento in virtù di santa obbedienza gli osserviate, ed eseguiate, e li facciate osservare, ed eseguire in ogni tempo, e sono i seguenti cioè

§. 19. In primo luogo essendo tanto doverosa la pulizia, ed aggiustatezza de' vasi, sagri paramenti, e degli altari, avendo noi trovati alcuni di questi pieni di polvere, le tovaglie sporche, e non secondo il numero richiesto dalle rubriche, privi di crocefissi, e non come devono stare, ed essendo questo un obbligo, e cura del sagrestano maggiore a norma di quanto si prescrive nella costituzione terza, e de' suoi zelanti priore maggiore, e capitolo, volendo noi porgere riparo ad un tale inconveniente; perciò comandiamo in seguela della suddetta costituzione, che si usi una speciale cura di emendare i suddetti difetti coll'instare, e proeurare, che gli amministratori della primizia contribuischino per dote la somma assegnata dal reggio consiglio per la chiesa, e colla medesima si vada rinnovando quel che si viene consumando dall' uso; che si comprino quattro tovaglie, mentre quelle, che vi sono trovansi molto deteriorate, e rotte, due calici, veli bianchi, e neri, fittucce bianche, due panni da pulpito, cotte per lo sagrestano, e chierici, e specialmente per la cappella della parrocchia, essendo indecenti quelle che vi sono per amministrare i sacramenti, e fornirli di tutto il necessario per non essere necessitati a doversi far prestare dalla sacrestia maggiore il bisognevole: e siccome abbiamo sa-

De munditia,  
et venustate  
servanda circa  
peripetasmata  
aliaque orna-  
menta alta-  
rium, et tem-  
plorum.



puto, che la dote assegnata dal reggio consiglio per gli utensili di detta chiesa sono cento cinquanta lire giacchesi, perciò incarichiamo, e comandiamo a voi priore maggiore, che con sollecitudine procuriate tutti i mezzi possibili di recuperare quello, che della suddetta dotazione si dovrà alla chiesa, e lo adoperate nel fine suddetto, e negli usi, e cose necessarie alla detta chiesa, e qualora detta dote non fosse sufficiente fondo pel di lei mantenimento, lo esponiate, e lo rappresentiate al medesimo reggio consiglio nella conformità, e secondo prescrivono le reali risoluzioni, ed ordini spediti a questo effetto, dovendo voi formare, e render conto formale di detta somma a tenore delle medesime risoluzioni; e siccome parimenti abbiamo trovato, che avete mancato a quel che si ordina nel terzo capo delle vostre costituzioni nell'aver consegnata la scrittura, paramenti sagri, ed utensili al sagrestano maggiore, senza formarne inventario, perciò comandiamo che nel perentorio termine di quindici giorni da numerarsi dal dì della pubblicazione delle presenti, formiate detto inventario, notando successivamente in questo l'aumento degli utensili, e paramenti, e miglioramenti, che dovrete fare nella suddetta sagrestia, coll'impiegare in ciò la maggiore cura possibile, come si ordina nella succennata costituzione. Inoltre avendo trovato, che il lavamani esistente nella succennata sagrestia è indecente, e si è reso affatto inutile, ordiniamo, che se ne faccia un altro nuovo.

De celebratio-  
ne divinarum  
officiorum.

§. 20. Item comandiamo, ed incarichiamo a tutti voi, ed a cadauno di voi l'assistenza, e puntualità alle ore canoniche diurne, e notturne come si ordina nelle costituzioni trentadue, e trentatre, e che i divini officj si celebrino con quella divozione, pausa, e maestà dovuta, e corrispondente, che si stia nel coro con silenzio, nè si esca da esso per formare circoli, e conversazioni nella parte posteriore del coro, e nelle cappelle, nel che impiegherà specialissima cura, e vigilanza il priore, e suo sostituto coll'impedire, che si pratici un tale abuso sì prima, che dopo i divini officj con scandalo, e meraviglia de' secolari: che nella recita delle ore si uniformino al rito; e nei casi, ne quali occorra novità, per alterarle, ciò si faccia con discrezione, ed in maniera, che non si somministri motivo alcuno di querela nel clero regolare, e secolare: e siccome ci siamo

avveduti, che il matutino in tutti i tempi si dice dopo il vespero, e compieta quandoche l'indulto apostolico, che hanno per recitarlo nel dopo pranzo ordinaria, che si dica al tramontare del sole, per ciò comandiamo, che si eseguisca, e si osservi l'ora prescritta nel succennato indulto, mentre essi a loro arbitrio non hanno potuto, nè possono alterarlo, nè la consuetudine li suffraga, da poichè questa è una pura corruttela contraria alla rubrica, e non uniforme alla dispensa contenuta nel medesimo indulto.

§. 21. Item comandiamo, ed ordiniamo, che tanto le messe ordinate dal sig. fondatore, quanto le altre istituite da altre particolari persone in detta chiesa, si adempiano, e si celebrino con puntualità, ed avendo noi trovato, che gli anniversarj di carità di cinquanta soldi al cinque per cento ridotti già anticamente da molti fondatori, le quali si vedono descritte al principio di ogni mese nel libro, non si celebrano, non ostante che per quelle si riscuota qualche rendita, ordiniamo, e comandiamo, che si riconosca quel tanto, che per la suddetta ragione si riscuote, ed a proporzione della somma si celebriano gli anniversarj corrispondenti per discarico delle loro coscienze, ed in suffragio delle anime de' fondatori.

§. 22. Item avendo il priore parroco l'obbligo di assistere al coro non altrimenti delli religiosi nelle ore, nelle quali non glie lo impediscono le occupazioni proprie del suo impiego di parroco, ed informati noi, che in ciò, e nel confessionale fa qualche trasgressione specialmente in tempo di quadragesima; perciò gli ordiuamo, e lo esortiamo ad adempire esattamente il suo obbligo, e che qualora abbia qualche occupazione propria del suo impiego, che gli impedisca di assistere al coro, lo debba comunicare al priore maggiore, al quale incarichiamo noi particolarmente, che invigili, ed abbia cura di questo importante assunto, come deve, e gli si ordina dalle costituzioni; specialmente dalla vigesima ottava di don Giovanni Salvador.

§. 23. Item quantunque a noi non consti de facto, che il priore, e religiosi abbiano trasgredito li comandi del di loro prelado ordinario illustrissimo signor gran castellano, tuttavolta però siamo informati, che alcuni abbiano proferite, e propalate proposizioni poco urbane, e poco rispettose alla giusta obbedienza, che devono alli prelati or-

De celebratio-  
ne missarum.

De munere  
prioris servan-  
do.

De obedientia  
præstanda fa-  
vore præsulis  
magni castella-  
ni.

dinarj, e superiori; perciò, e per la via della correzione ponghiamo sotto i di loro occhi il solenne voto di obbedienza, che fecero nelle loro professioni al gran maestro, ed alli prelati, che fossero posti dalla religione, intendendo con ciò, che detto illustrissimo gran castellano e prelato superiore del convento, posto dalla religione sopra tutti gl' individui esistenti in esso, e sua castellania di Amposta, oltre di che nelle costituzioni prima e decima quinta trovansi ordinati, la subordinazione, che il priore maggiore deve avere verso il suddetto signore gran castellano, e li ricorsi, che li religiosi avessero bisogno di fargli delli di lui cattivi portamenti, nella costituzione settima si comanda, dovergli fare le presentazioni delli religiosi, che fossero ammessi, ed eletti ad oggetto di ottenere la di loro approvazione, e l'ordine pel possesso, e professione, dal che si deduce, che se il priore maggiore capo, e superiore de' suoi sudditi religiosi è soggetto all' illustrissimo signore gran castellano, non potranno questi, come membri, separarsi dalla soggezione, che ha il capo, che li regge, per lo che qualora venisse a verificarsi dopo l'avviso, e correzione, che ora vi facciamo su di ciò, la più lieve espressione contro questa subordinazione, sarete castigati, come disobbedienti, ed incorreggibili, incaricandovi, e comandandovi all' istesso tempo, che osserviate, ed adempiate, come dovete i giusti, e supremi comandi del re nostro signore, col manifestare in tutto, come fedeli vassalli, la più cieca obbedienza, rispetto, e subordinazione, senza mancar punto a quel, che esige da voi il vostro stato religioso.

De obsequio  
præbendo fa-  
vorem prioris  
majoris.

§. 24. Item vi ponghiamo presente, incarichiamo, ed esortiamo ad usare la più esatta osservanza, ed esecuzione della prima costituzione, in cui savia-mente, e prudentemente si stabilisce la soggezione, e subordinazione, che dovete usare verso il vostro priore maggiore, prelato locale, ed ordinario, e mediante il voto di obbedienza da voi fatto nelle vostre professioni, ed in virtù del giuramento, che faceste in virtù della costituzione trigesima, qualora voi vi sottragghiate da una tale obbedienza, ed adempimento, venite a costituirvi rei di un severo castigo, e perciò comandiamo a voi priore maggiore, che invigiliate molto particolarmente sopra la osservanza della obbedienza nelli vostri sudditi di maniera tale, che venga

a stabilirsi il migliore ordine religioso in questa casa, e convento, mentre oltre il doverne render conto a Dio delle vostre connivenze, ed omissioni, saranno queste punite, come convenga.

§. 25. Item essendo a noi costato, che alcuni religiosi di questo convento si unirono, e congregarono in forma di capitolo senza il permesso, e senza l'assistenza del priore maggiore, per provvedere un posto vacante volgarmente detto *Fraylia*, hanno concedute procure ad lites, hanno rievocato quelle, che in pieno capitolo aveano concedute, e benanche qualcuno di detti individui ha avuto l'ardire di dichiarare gindizialmente innanzi al giudice laico, senza il permesso del suo prelato, coll' avere asserito, non essere necessario detto permesso, e mirando noi tali fatti come distruttivi dell' osservanza, e disciplina regolare, nati da un puro spirito di partito, e da irreligiosità, vi esortiamo pertanto, vi comandiamo, e vi consigliamo ad una intiera emenda, e correzione, quale corrisponda allo scandalo in ciò da voi causato, e qualora in avvenire si verificasse il contrario, non ricavando profitto da questo avviso, il vostro priore maggiore castigherà a norma di quel, che ordinano le costituzioni, e non bastando ciò, ne darà egli l'avviso all' illustrissimo signor gran castellano.

De poenis con-  
tra inobedien-  
tes.

§. 26. Item essendo tanto savia, e prudente la costituzione vigesima nona, in cui si comanda, che li religiosi non partano senza la licenza del priore maggiore, comandiamo pertanto la osservanza di quella, e che sempre, che torniate dalli viaggi, vi presentiate al prelato, il quale vi ha data la licenza, al quale darete il necessario avviso, sempre, e quando per qualche infermità, o indisposizione corporale non potrete assistere al coro, ed alli rimanenti atti della comunità, affinché gli consti, ed abbia l'incarico di favi assistere, e neppure ammetterete servo, nè comensale alcuno, se prima non lo abbiate partecipato al vostro priore maggiore, acciocchè egli vada rintracciando le di loro qualità, e costumi, e veda, se convenga la di loro ammissione.

Prohibitio dis-  
cedendi absque  
licentia prioris  
majoris.

excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa laicis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinserta omnia a memorato consilio decreta, constituta, et mandata auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque perpetuæ, atque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiciamus, omnesque juris, et facti, ac solemnitatum defectus, etiam substantiales, qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 57. Decernentes ipsas præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio consuetudinum.

§. 58. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti hospitalis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; stabilimentis, usibus, et naturis, ac ordinationibus capitularibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanseris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus; cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub anno piscatoris, die septima septembris millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quinto.

Bull. Rom. Tom. IV.

CCLXVIII.

Dat. die  
8. septemb.  
1773.  
Anno V.

Suppressio confraternitatis Conceptionis beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ erectæ in civitate Faventina cum applicatione honorum.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Paterna hujus sanctæ Sedis benignitas exorta inter Christi fideles partium studia, et controversiarum omnium semina assueta sua charitate modis omnibus dirimere satagit. Ast ubi adhibita ad id consilia ex partium ipsarum voluntate inutilia penitus evasisse cognoscit, tunc apostolicæ auctoritatis suæ partes interponere, ac ea statuere non præmittit, per quæ, omnium controversiarum occasione sublata, quisque quiete, et tranquille ferventius Deo valeat inservire.

Proemium.

§. 2. Dudum siquidem, sicut nuper accepimus, in civitate nostra Faventina societas, seu confraternitas sub titulo beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ, quæ duobus ab hinc sæculis jam erecta reperiebatur, a fratribus ordinis minorum sancti Francisci Conventualium nuncupatorum dictæ civitatis penes se admissa, atque benigne excepta fuit. Eisdem vero confraternitati fratres prædicti custodiam tribuerunt imaginis beatæ Mariæ Virginis, quæ jam antea in altari eorum ecclesiæ sancto Francisco dicatæ extabat, quæque postmodum translata fuit ad sacellum a confraternitate hujusmodi, in proprio tamen solo conventus eorumdem fratrum ædificatum, quod regulari ipsorum ecclesiæ prædictæ unitum cum ea unicum corpus constituebat. Porro hæc confraternitas alias titulo sancti Ludovici nuncupabatur; quippe quia jam pridem a memoratis fratribus titulo emphyteusis concessa eidem confraternitati fuerat ecclesiæ sancto Ludovico dicata cum adnexo terrarum spatium, pro construendo, sicut re ipsa constructum fuit oratorium una cum mansionibus ad usum dictæ confraternitatis necessariis, injuncta obligatione quotannis conventui, et fratribus hujusmodi præstandi unum tantum intortitium ceræ poderis libræ unius curri dimidio. Vix tamen, ut præfertur, admissa prædicta confraternitate, inter ipsam, eosdemque fratres tot, ac tantæ lites, et controversiæ paulatim exortæ sunt; ut necessitas auctoritas pro tempore existentium civita-

Status societatis, seu confraternitatis.

K k k k 2

tis hujusmodi antistitum, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium, illas dirimere unquam potuit, quinimo neque repetitæ conventiones diversis temporibus, annis nempe 1586, 1637, et 1753 initæ, ac publice typis respective anno 1761 editæ eas extinguere, illisque aditum præpedire valuerunt, atque perinde ac si omnes nunc quoque vigerent non solum, sed auctæ insuper fuissent, tam una, quam altera ex partibus prædictis ad Nos anno præsertim 1772 recursum habuit, opportunas desuper provisiones vicissim postulando.

Providentiæ  
adhibitæ pro  
meliori ipsius  
confraternitatis  
bono.

§. 3. Totam itaque rem hanc ea, qua par erat, animadversione, et maturitate perpendendam duximus, auditaque relatione, ac voto venerabilis fratris Vitalis Josephi episcopi Faventini, primum opportunis adhibitis mediis, atque rationibus, consilia pacis, et concordie in animum utriusque partis inducere curavimus, sed cum præconcepta spes in irritum cesserit, hinc deinde Nostro rescripto edito die prima aprilis ejusdem anni quascumque causas, lites, et controversias inter partes prædictas quoad rem hanc motas, atque pendentes ad Nos advocavimus, simulque injunximus dilecto filio Nostro Vitaliano S.R.E. cardinali Borromæo nuncupato in provincia Romandiolæ, et exarchatu Ravennæ Nostro, et apostolicæ Sedis de latere legato, ut sua singulari prudentia, ac dexteritate, nec non etiam auctoritate mutuam inter partes concordiam perficeret, illisque dissensionibus ad transactionem ex officio quoque deveniret, quæ sane transactio perpetuis futuris temporibus esset valitura. Atque ad hunc effectum necessarias, et opportunas facultates eidem Vitaliano cardinali tribuimus, confirmandi, mutandi, ac reformandi, sive etiam abolendi antiquas, et novas etiam conventiones, illisque alias superaddendi, seu de novo etiam penitus, penitusque condendi, cum potestate insuper tam ipsi Vitaliano cardinali, quam ejus in legatione hujusmodi munere successoribus delinquentes, seu contraventores puniendi, nec non cum aliis omnibus, et quibuscumque facultatibus, quæ quomodolibet requirerentur; in quorum omnium executionem idem Vitalianus cardinalis nonnullas provisiones, ac resolutiones edidit, quas deinde die 17. junii ejusdem anni subscripsit.

Quomodo providentiæ in irritum cesserint exponitur.

§. 4. Verum quia id totum minime satis fuit ad optatum finem pacis, et concordie inter societatem, ac fratres prædictos assequendum, hinc ne-

cessarium putavimus ipsius Vitaliani cardinalis zelum magis, magisque excitare, eique commisimus, ut remedium aliquod excogitaret, perpenderet, atque proponeret, cujus ope re ipsa, et cum effectu extingui omnino possent tam diuturnæ, acresque dissentiones, et discordiæ, ex quibus perpetuæ animorum perturbationes vicissim dimanabant, ac admirationem penes populum, virosque probos, et rectos ingerebant. Ast memoratus Vitalianus cardinalis easdem in hac re dedit responsiones, quas prius ipse Vitalis Josephus episcopus jam dederat, nempe, quod cum haud fieri posset duo hæc corpora ad pacem, concordiamque redigere, hinc jam jam necessaria videbatur eorum separatio; additumque præterea fuit ab ipso Vitaliano cardinali, quod juxta exemplum felicis recordationis Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri, qui in similibus rerum circumstantiis confraternitatem sub invocatione sanctæ Mariæ Angelorum erectam in ecclesia congregationis monachorum ordinis sancti Benedicti Cælestinorum nuncupatorum ejusdem civitatis abolevit, rite, ac recte nunc quoque factum videretur, quoties apostolica auctoritate suppressa primodicta confraternitate, illius bona, ac redditus hospitali expositorum, quod in summis angustiis versatur, in publicum dictæ civitatis bonum, applicata fuissent. Ex omnibus itaque præmissis, cum non sine gravi animi Nostri mœrore plane noverimus, quamcumque defecisse spem restituendi inter partes prædictas eam tranquillitatem, ac pacem, quam paterno quidem inter Christifideles omnes desideramus affectu, hinc est, quod apostolicæ auctoritatis, potestatisque partes in re hac interponere non dubitavimus.

§. 5. Motu igitur proprio, atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostra, deque apostolicæ potestatis plenitudine, de quascumque lites, et causas super præmissis inter fratres conventus prædicti, et eandem societatem, seu confraternitatem sub titulo Conceptionis beatæ Mariæ virginis Immaculatæ coram quibuslibet iudicibus, et tribunalibus motas, ac pendentes, quarum statum, et merita, nominaque, ac cognomina, et qualitates iudicum, et collitigantium, et alia quæcumque etiam specificam, et individuum mentionem, et expressionem requirentia præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, insertis, et justificatis haberi volumus, in statu, et terminis, in quibus de præsentibus re-

Avocatio litem, et controversiarum ad S. Sedem.

periuntur, ad Nos harum serie cum suis emergentibus, annexis, et connexis avocamus, illasque sic avocatas perpetuo supprimimus, et extinguimus, perpetuumque silentium imponimus.

Suppressio con-  
fraternitatis,  
et applicatio  
bonorum.

§. 6. Præterea eandem societatem, et confraternitatem sub titulo Conceptionis beatæ Mariæ virginis Immaculatæ motu, scientia, et potestatis plenitudinæ paribus perpetuo itidem supprimimus, dissolvimus, illamque suppressam, dissolutam, atque omnino extinctam decernimus, et declaramus. Fratribus vero conventus prædicti non solum memoratam imaginem beatæ Mariæ virginis in sacello intra eorum ecclesiam existentem, una cum ipso sacello, suisque omnibus ornamentis, donis, votis, oblationibus, et suppellectilibus extantibus tam in dicto sacello, quam in armariis, ac in alio quocumque loco; sed etiam præfata stabilia emphyteutica, nempe ecclesiam sancti Ludovici, oratorium, ac terrarum spatium, seu locum cum ædificiis ibidem existentibus, ac penes regularem ecclesiam dicti conventus positis pari motu, scientia, et potestatis plenitudine relinquimus. Salvisque omnibus provisionibus nuper a Nobis decretis, nec non aliis, quæ in posterum favore dicti hospitalis expositorum ejusdem civitatis decernere, atque statuere intendimus, nunc per præsentem in ejusdem hospitalis utilitatem, ac favorem reliqua omnia alia bona stabilia, fructus, ac redditus, quæ usque adhuc possessa fuerunt, ac modo a primodicta societate, seu confraternitate possidentur una cum eorum juribus, ac actionibus quibuscumque, firmis tamen, et integris manentibus omnibus oneribus, et obligationibus, quibus præfata bona stabilia, eorumque fructus, ac redditus obnoxia sint, præsertim illius missarum celebrandarum sive in sacello sacræ imaginis prædictæ, sive in oratorio sancti Ludovici, vel alibi, ac pariter alterius missæ quotidianæ, quæ in seminario celebrari debet, simulque immoto manente onere annuæ distributionis quatuor dotalium subsidiorum, ac festivitatis celebrandæ in die Conceptionis beatæ Mariæ virginis Immaculatæ, motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus assignamus, et applicamus.

Præceptum de  
possessione capi-  
endi ab execu-  
toribus lite-  
rarum aposto-  
licarum.

§. 7. Quocirca prudentiæ, et arbitrio infradicendorum præsentium Nostrarum literarum executorum committimus, ut non solum ipsi per se, vel alium, seu alios ad id ab eis deputandum, seu deputandos dicti hospitalis

nomine statim veram, realem, et corporalem possessionem eorundem bonorum stabilium, ac reddituum, et fructuum nunc superexistentium, et non consumptorum primodictæ societatis, seu confraternitatis capiant, et assequantur, ac unum, seu plures diligentia, atque integritate præditos viros deputent pro illorum administratione, infrascripta liquidatione, et constitutione pendente. Eisdem executoribus injungimus, ut omnia, quæ per præsentem fratribus dicti conventus relicta, et, ut præfertur, assignata sunt, eis tradi, et consignari curent, ac faciant, simulque decernant, atque constituant modum, atque personas pro implemento, ac executione obligationum, et onerum prædictorum, statuta insuper forma, juxta quam persolvenda erunt emolumenta respondentia præsertim celebrationi missarum, quæ, excepta tantummodo missa quotidiana in dicto seminario celebranda, cæteræ omnes nec modo, nec unquam a fratribus dicti conventus, et a sacello præfato separandæ, atque alibi, seu ab aliis celebrandæ erunt. Non solum autem pro omnibus indistincte missis prædictis, verum etiam pro cunctis obligationibus, et oneribus quibuscumque, quæ fratribus prædictis juxta præmissa injungenda sint, executores ipsi certos, ac designatos fundos, seu capitalia, quatenus assignata hactenus non sint, in ea quantitate, qualitate, et valore congruo, ac sibi uti convenienti viso, designare, ac destinare debeant, et teneantur.

Deputatio exe-  
cutoris litera-  
rum.

§. 8. Eisdemque Vitaliano cardinali, et legato, ac Vitali Josepho episcopo committimus, et mandamus, ut ipsi, vel eorum alter tam conjunctim, quam divisim ad executionem præsentium Nostrarum literarum procedant, omniaque, ac singula in eis contenta juxta præmissorum tenorem exequi curent, et faciant; nec non ipsos Vitalianum cardinalem, et legatum, atque Vitalem Josephum episcopum nunc, et eorum in legatione, et episcopatu hujusmodi successores pro tempore existentes in executores eorundem præsentium Nostrarum literarum cum omnibus, et singulis quomodolibet necessariis, et opportunis facultatibus quibuscumque eligimus, constituimus, et deputamus.

§. 9. Decernentes præsentem literas, ac omnia, et singula in illis contenta etiam ex eo, quod confratres, alique officiales dictæ confraternitatis, seu societatis sub titulo Conceptionis beatæ Mariæ virginis Immaculatæ, et quicum-

Clausula salu-  
tates.



que alii in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, ac ad ea vocati, et auditi, seu causæ, propter quas ipsæ præsentibus emanarunt, adductæ, verificatæ, seu alias sufficienter, aut etiam ullatenus justificatæ non fuerint, aut ex alia quavis quantumlibet legitima, pia, juridica, et privilegiata causa, colore, prætextu, occasione, et capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, et totalis læsionis nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quorumvis interesse habentium consensus, aut alio quovis quantumvis magno, et substantiali, ac inexcogitato defectu notari, impugnari, invalidari, restringi, retractari, in jus, vel controversiam revocari, suspendi, limitari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, aut impetrato, seu etiam motu simili concessio, quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, sed easdem præsentibus perpetuo semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, et quomodolibet spectabit inviolabiliter observari.

Decretum irritans.

§. 10. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et alios quoscumque quavis auctoritate, et potestate fungentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate iudicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio constitutionum.

§. 11. Non obstantibus supradictarum litium pendentia, aliisque omnibus, et singulis præmissis, nec non supradictæ confraternitatis Conceptionis beate Mariæ virginis Immaculate institutione, erectione, aggregatione, et admissione ad regularem ecclesiam memorati conventus, ac proximum oratorium, eisque adnexorum, atque quibusvis conventionibus, pactis, transactionibus, instrumentis, ac stipulationibus quomodocumque, quandocumque, et qualitercumque inter fratres dicti conventus, eandemque confraternitatem, quacumque solemnitate, et auctoritate

etiam apostolica iuris, gestis, et approbatis, simulque Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de iure quesito non tollendo, aliisque apostolicis, et in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non ipsius confraternitatis, et quibusvis aliis etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua mentio habenda foret, illorum omnium, et singulorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die decima octava septembris millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quinto.

CCLXIX.

Dat die  
8. septemb.  
1773.  
Anno V.

Indultum, ut quotannis celebrari possit officium, et missa de communi unius martyris in ecclesia monasterium sancti Dionisi Parisiensis diocesis pro sancto Valekto martyre.

Dilectissimæ in Christo filiæ Nostræ  
Aloisæ Mariæ reginæ Galliarum  
principissæ.

Clemens PP. XIV.

Dilectissima in Christo filia Nostra  
salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. **N**ovum reginæ, atque eximie, et satis superque perspectæ tuæ

Tenor concessiois.

pietatis argumentum nuperrima tua postulatione Nobis ostendisti; dum enim festum sacti Valeekcii martyris, cujus sacrum corpus in hujus almæ urbis Nostræ sacris cœmeteriis cum proprio nomine inventum, et a Nobis monasterio dilectarum in Christo filiarum monialium B. M. V. de monte Carmelo Excalceatarum nuncupatarum sancti Dionysii diœcesis Parisiensis dono datum, recitatione officii, una cum missa solemniori cultu venerare desideras, mirabilem in sanctis martyribus omnipotentis Dei gloriam intensiori devotionis affectu laudandam esse jam intellexisse declaras. Libenti itaque animo, et apostolica auctoritate per præsentem concedimus, et indulgemus, ut quotannis officium, et missa de communi unius martyris dumtaxat sub ritu duplicis majoris a te, aliisque monialibus in dicto monasterio pro tempore existentibus, et in earum ecclesia tantummodo in perpetuum recitari, et celebrari in die per venerabilem fratrem Josephum archiepiscopum Seleuciensem Nostrum, et apostolicæ Sedis in civitate Parisiensi nuntium assignando, quo festum ipsius sancti Valeekcii agatur. Fore autem in Domino confidimus, ut hoc apostolicæ indulgentiæ argumentum tibi quidem sit clariori ad propensam in te voluntatem Nostram amplius cognoscendam testimonio, ac tibi, et monialibus prædictis vehementiori ad majores in religiosæ vitæ progressus faciendos incitamento. Interea apostolicam benedictionem tibi dilectissima in Christo filia Nostra, et eisdem monialibus permanenter elargimur. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima octava septembris millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quinto.

CCLXX.

Dat. die  
17. septemb.  
1773.  
Anno V.

Pensio perpetua reservata super mensa episcopali Tornacensi favore episcopi Ruremundensis.

Clemens episcopus servus servorum Dei,  
Ad perpetuam rei memoriam.

Præmium.

§. 1. **A**postolicæ supremæ auctoritatis Nostræ munus ita exequi non desuimus, ut mensarum episcopalium reddituum tenuitatem quoad fieri potest, implere studentes, quamvis alias ea-

rum alicui beneficentiæ Nostræ pignora fuerimus impertiti, nova quoque tribuere non omittamus, atque per ampliora subsidia illi, qui Ecclesiæ præest, decoris addamus incrementum. Alias siquidem certis ex causis adducti venerabili fratri Nostro Henrico-Joanni Herens moderno episcopo Ruremundensi, ejusque in Ruremundensi ecclesia episcopis futuris successoribus pensionem annuam perpetuis futuris temporibus duraturam trium millium florenorum illius monetæ super mensæ episcopalis Gandavensis fructibus etc. per alias Nostras apostolicas literas reservavimus.

§. 2. Cumque acceperimus eandem mensam episcopalem Ruremundensem adhuc satis congrue non esse dotatam, vacante modo ecclesia episcopali Tornacensi, ad quam, dum illa pro tempore vacat, nominatio personæ idoneæ romano Pontifici pro tempore existenti facienda ad carissimam in Christo filiam Nostram Mariam Theresiam Romanorum, Hungariæ, et Bohemiæ reginam apostolicam uti Flandriæ comitissam ex privilegio apostolico, cui non invenitur hactenus in aliquo derogatum, spectare dignoscitur, ex illius redditibus aliam eidem Ruremundensi ecclesiæ proventum impertiri, et addere volentes, eidem Henrico Joanni episcopo, et successoribus prædictis pro tempore existentibus aliam pensionem annuam etiam perpetuis futuris temporibus duraturam, et ab omnibus, et quibuscumque oneribus, et impositionibus ordinariis, et extraordinariis etiam prorsus liberam, immunem, et exemptam aliorum trium millium florenorum ejusdem monetæ super omnibus, et singulis mensæ episcopalis Tornacensis, cujus ecclesia ad præsens, ut præfertur, pastore solatio destituta existit, fructibus, redditibus, ac proventibus, juribus, obventionibus, et emolumentis universis, etiamsi super illis aliæ pensiones annuæ aliis personis ecclesiasticis eas annuatim percipientibus, eadem apostolica auctoritate fuerint reservatæ, quas præsentibus haberi volumus pro expressis eidem Henrico Joanni episcopo, ejusque successoribus præfatis, vel eorum legitimo procuratori ex nunc videlicet per dictæ ecclesiæ Tornacensis œconomos, seu deputatos, aut alios quoscumque ad exigendum, et percipiendum fructus, redditus, et proventus hujusmodi, donec dicta ecclesia Tornacensis pastore destituta extiterit, et deinde per ejusdem ecclesiæ Tornacensis episcopum, seu præsulem, vel administratorem pro

Ra tio consti-  
tut ionis, et re-  
se rvatio pen-  
si onis.

tempore existentem annis singulis duobus æqualibus solutionibus, pro una videlicet in Domini nostri Jesu Christi a proxime ventura incipiendo, et altera medietatibus pensionibus per præsentem reservanda hujusmodi in sancti Joannis Baptistæ immediate sequentibus natiuitatum festiuitatibus, et sic successive de anno in annum, ac termino in terminum, quocumque impedimento non obstante, vigore tamen eorundem præsentium, nec alias alioquin præsens reservatio nulla sit eo ipso, integre persolvendam apostolica auctoritate ipsarum tenore præsentium reservamus, constituimus, et assignamus.

Reservatio motu proprio præcipitur, dempto quoque recursu pro vitio obreptionis, vel subreptionis gratiæ.

§. 3. Decernentes pensionem per præsentem servatam prædictam ex quovis prætextu etiam ad prædictæ ecclesiæ Tornacensis episcoporum, præsulum, seu administratorum pro tempore existentium instantiam ad minorem summam reduci, annullari, invalidari, minusve illius reservationem hujusmodi etiam ex eo, quod ipsa ecclesia Tornacensis ad præsens vacet, ac legitimo pastore, et defensore careat, seu quovis alio prætextu, et colore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ defectu notari, impugnari, invalidari, aut in controversiam reduci, vel aduersus illas quodcumque juris, vel facti remedium impetrari unquam posse, sed eas semper validas, et efficaces existere, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, proinde ac si pensio hujusmodi de expresso episcopi Tornacensis, seu æconomorum, vel deputatorum prædictorum consensu reservata fuisset.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Sicque, et nou alias per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuncios sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et definiendi facultate, iudicari, et definiiri debere, irritum quoque, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, ac pro tempore existentem episcopum Tornacensem, seu æconomos, vel deputatos præfatos ad integram solutionem pensionis per præsentem servatæ hujusmodi faciendam, juxta reservationis, constitutionis, et assignationis prædictarum tenorem fore efficaciter obligatos.

Pœnæ contra tenentes solvere pensionem.

§. 5. Ac volentes, et eadem auctoritate statuentes, quod illi, ac æconomis, seu deputatis, ac præsulibus, seu

administratoribus prædictis, qui in dictis festiuitatibus, vel saltem infra triginta dies illarum singulas immediate sequentes, pensionem per præsentem reservatam prædictam per eum nunc debitam non persolverit cum effectu, lapsis diebus eisdem, præsulibus videlicet ingressus ecclesiæ interdictus existat; æconomis vero, seu deputatis, vel administratoribus præfatis sententiam excommunicationis incurrant, et donec ipsi Henrico Joanni episcopo, et successoribus prædictis, vel eidem procuratori de pensione per præsentem reservata prædicta tunc debita integre satisfactum, aut alias cum dicto Henrico Joanne episcopo, et successoribus prædictis super hoc amabiliter concordatum fuerit; præterquam in mortis articulo constitutus, interdictus videlicet interdicti relaxationem, excommunicatus vero prædicti ab hujusmodi excommunicationis beneficium nequeat obtinere. Si vero per sex menses dictos triginta dies immediate sequentes; interdictus videlicet sub hujusmodi interdicto permanserit, excommunicatus vero prædictæ sententiam excommunicationis hujusmodi animo, quod absit substinuerit indurato, ex tunc effluxis mensibus eisdem, regimine, administratione, ac æconomia, seu deputatione præfata perpetuo privati existant eo ipso.

§. 6. Quocirca venerabilibus fratribus nostris archiepiscopo Cameracensi, ac Antuerpiensi, et Iprensi episcopis, eorumque successoribus per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios faciant auctoritate nostra pensionem per præsentem reservatam præfata eidem Henrico Joanni, ejusque successoribus prædictis juxta reservationis, constitutionis, et assignationis prædictarum, ac decreti hujusmodi sententiam, et tenorem, integre persolvi, et nihilominus quemlibet ex æconomis, seu deputatis, ac præsulibus, seu administratoribus prædictis, quum interdicti, et excommunicationis respective sententiam incurrisse eis constiterit, quoties super hoc pro parte dicti Henrici Joannis episcopi, et successorum prædictorum fuerint requisiti, tamdiu dominicis, et aliis festiuis diebus in ecclesiis, dum major inibi populi multitudo ad divina convenerit, interdictum publice nuncient, et faciant ab aliis nunciari, ac excommunicatum ipsam ab omnibus arctius vitari, donec eidem Henrico Joanni episcopo, et successoribus prædictis de pensione per præsentem reservata prædicta

Executores apostolici deputantur pro plenario effectu constitutionis.

tunc debita fuerit integre satisfactum, ipseque interdictus, videlicet interdicti relaxationem, excommunicatus vero præfati ab huiusmodi excommunicationis sententia absolutionis beneficium meruerit obtineri; contradictores per censuras ecclesiasticas appellatione posposita, com-pescendo.

Derogatio con-  
trarioriam.

§. 7. Non obstantibus Lateranensis concilii postremo celebrati pensiones annuas super mensarum episcopalium fructibus, nisi ex cessionis, aut alia probabili causa reservari prohibentis, ac nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de præstando consensu in pensionibus, aliisque constitutionibus, et ordinibus apostolicis, nec non ecclesiæ Tornacensis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis eidem ecclesiæ Tornacensi, ejusque præsulibus pro tempore existentibus quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, et expressa mentio habenda esset, eorum tenores etiam præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse ad effectum præmissorum tantum earumdem tenore præsentium derogamus contrariis quibuscumque. Aut si æconomis, seu deputatis, vel præsulibus prædictis, sive quibusvis aliis ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas, non facientes plenam, et expressam de indulto huiusmodi mentionem.

Sanctio poena-  
lis.

§. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostræ reservationis, constitutionis, assignationis, decreti, statuti, mandati, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, quintodecimo kalendarum octobris, pontificatus Nostri anno quinto

CCLXXI.

Dat. die  
20<sup>to</sup> septemb.  
1775.  
Anno V.

Extensio facultatis concedendi literas testimoniales alumni Hibernorum de urbe.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Emanarunt dudum a felicis recordationis Urbano pp. VIII. prædecessore Nostro literæ sub plumbo anno incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo trigesimo primo pridie idus aprilis, pontificatus sui anno octavo, quarum tenor est, qui sequitur, videlicet.

Urbani VIII.  
de eadem re  
constitutio me-  
moratur.

§. 2. Urbanus episcopus servus servorum Dei: Ad futuram rei memoriam. Sacrosantæ Romanæ Ecclesiæ, quam Dominus Noster Jesus Christus Dei filius auctor pietatis instituit, regimini præsidentes, piis quorumlibet Christifidelium præsertim ad divini cultus augmentum, et animarum salutem, et catholicæ fidei conservationem, et propagationem tendentibus votis libenter annuimus, et, ut ea quantocius optatos sortiantur effectus, opem, et operam, quantum Nobis ex alto conceditur, efficaces impendimus, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilecti filii moderni rectoris seminarii nationis Hibernicæ de urbe petitio continebat, quod in dicto seminario nonnulli adolescentes ex provincia Hiberniæ oriundi, qui literarum studiis sedulo operam navant, plerumque ætate proveci reperiuntur, qui absolutis suis studiis, presbyteri postmodum effecti ad suum talentum in vinea Domini expendum patriam desolatam repelunt, et verbi Dei prædicationibus, et aliis spiritualibus exercitiis, quantum possunt, uberes in eadem vinea fructus producere contendunt. Ac propterea ut nunc et pro tempore existentes dicti seminarii alumni suum pium huiusmodi propositum quantocius adimplere valeant, pro parte dicti rectoris Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus eis, ut infra, indulgere, et alias opportune providere de benignitate apostolica dignamur.

Tenor dictæ  
constitutionis  
Urbani VIII.

§. 3. Nos igitur, qui ejusdem fidei catholicæ conservationem, et propagationem ubique, et præsertim in partibus hæreticorum dominio subiectis vigere sinceris exoptamus affectibus, di-

Facultas ordi-  
nandi alumnos  
absque literis  
dimissorialibus  
ordinariarum.

etum rectorem, dictique seminarii alumnos, ac eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus, quomodolibet innodati existunt ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ejusdem seminarii alumni nunc, et pro tempore existentibus, ut a dilecto filio Nostro, ac pro tempore existentis romani pontificis in dicta urbe, ejusque districtu vicario in spiritualibus generali etiam pro tempore existente, seu per eum deputato, vel deputando in eadem tamen urbe existente antistite, etiam absque literis dimissorialibus suorum priorum ordinariorum, sed cum literis testimonialibus pro tempore existentis dicti seminarii rectoris ipsorum alumnorum vitam, mores, et probitatem commendantibus, clericali characterе insigniri, et deinde unica, seu quatuor feriatis, vel non feriatis ad quatuor minores, nec non postea tribus dominicis, seu aliis de præcepto ecclesiæ festivis diebus continuis, vel interpolatis ad sacros subdiaconatus, diaconatus, et presbyteratus ordines, etiam absque titulo aliquo beneficii ecclesiastici, vel patrimonii, sed ad titulum missionis in Hibernia tantum etiam extra tempora ad id a jure statuta, et intra annum, annique curriculo non expectato, minusque servatis ad id a concilio Tridentino designatis interstitiis, dummodo tamen dicti alumni pro tempore promovendi ad id reperiantur idonei, ac donec regnum Hiberniæ ad gremium ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ redierit tantum, et non alias promoveri, et promoti in illis etiam in altaris ministerio ministrare libere, et licite valeant, apostolica auctoritate tenore presentium de speciali gratia indulgemus; nec non vicario pro tempore existenti, seu per eum deputato, vel deputando antistiti ordines præfatos, ut præferatur, conferendi, et alumni præfatis nunc, et pro tempore existentibus illos recipiendi licentiam, et facultatem, auctoritate, et tenore præmissis impertimur.

§. 4. Non obstantibus, quod ipsi alumni antequam de uno ordine ad alium promoveantur, seu in alio, vel aliis antea susceptis ordinibus minime se exercuerint, ac quibusvis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo om-

Derogatur contrariis, constitutionibus, et ordinationibus

nino hominum liceat hanc paginam Nostræ absolutionis, indulti, et impertitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo trigesimo primo, pridie idus aprilis, pontificatus Nostri anno octavo.

§. 5. Postmodum rec. me. Innocentius pp. X. pariter prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis die 22. maii 1647. expeditas literas, omnibus, et singulis alumni pro tempore existentibus dicti collegii concessit, et indulgit, ut etiam absque literis dimissorialibus suorum ordinariorum, sed cum solis rectoris ejusdem collegii testimonialibus literis de eorum vita, moribus, et idoneitate, etiam absque titulo beneficii, vel patrimonii a quocumque, quem maluissent, catholico antistite gratiam, et communionem Sedis apostolicæ habente, in sua diœcesi residente, vel in aliena de diœcesani loci licentiâ pontificalia exercente, clericali characterе insigniri, et ad quatuor minores, etiam unico festivo, vel feriato, nec non ad sacros subdiaconatus, diaconatus, et presbyteratus ordines tribus dominicis, seu aliis festivis continuis, vel interpolatis diebus, etiam extra tempora ad id a jure statuta, ac non servatis interstitiis a concilio Tridentino designatis, annique curriculo non expectato, etiamsi antequam de uno ad alterum ordinem promoverentur, in primo quoque suscepto ordine se non exercuissent, dummodo essent ætatis legitimæ, nullumque aliud eis canonicum obstaret impedimentum, servatisque alias servandis, promoveri, et promoti in susceptis sic per eos ordinibus hujusmodi in altaris ministerio ministrare libere, et licite possent, et valerent.

§. 6. Ac præterea eisdem alumni in cujuslibet eorum mortis articulo, si vere quoque pœnitentes, et confessi, ac sacra communionem refecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti nomen Jesu ore, si potuerint, sin minus corde devote invocaverint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domingo concessit, utque in paschate, prævia sacramentali confessione, sanctissimum Eucharistiæ sacramentum in cappella dicti collegii sumendo præcepto Ecclesiæ satisfecerent,

Innocentius X. hujusmodi dispensationem pro consequendis ordinibus etiam extra tempora concessit.

Indulgit quoque indulgentiam plenariam tam in articulo mortis invocantibus Jesu, quam in Paschate satisfactis præcepto.



indulsit, ac alias prout in iisdem literis, quarum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Alia indulta concessa collegio ab visitatore apostolico.

§. 7. Nos itaque bono, ac utilitati ejusdem collegii consulere volentes per alias Nostras in pari forma Brevis die xxvi martii MDCCLXXI expeditas literas, dilectum filium Nostrum Marium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalem Marefuscum nuncupatum in ejusdem collegii visitatorem apostolicum elegimus, ac deputavimus, assumptaque per eum visitatione hujusmodi, nonnullas desuper decrevit opportunas provisiones tam mittendo illius alumnos ad scholas collegii congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis propagandæ fidei præpositorum, quam super economico dicti collegii Hibernensis gubernio, ac deinde vigore aliarum facultatum sibi in peculiari audientia die xiv aprilis ejusdem anni per Nos tributarum, liberavit ipse et absolvit alumnos prædictos a vinculo juramenti per eos præstiti, quodque antea præstari assueverat, eos tamen obligando alteri juramento, quod præstari solet in memorato collegio dictæ congregationis juxta formulam præscriptam a felicis recordationis Alexandro pp. VII prædecessore itidem Nostro per suas literas incipientes = Cum circa juramenti vinculum = die xx julii MCLX expeditas, atque a posteriori decreto die xx decembris MDCLXVIII edito a piæ memoriæ Clemente pp. IX quoque prædecessore Nostro adprobatam, quorum omnium tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius dicitur contineri.

Exemplum fuit collegium a jurisdictione societatis Jesu.

§. 8. Nuper autem Nos quoque per alias in eadem forma Brevis die xviii septembris MDCCLXXII expeditas literas collegium prædictum Hibernense immediatæ jurisdictioni, et auctoritati ejusdem Marii cardinalis nunc, et pro tempore in perpetuum existentium ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium regni Hiberniæ apud Nos, et Sedem apostolicam protectorum subjecimus, ipsique Mario cardinali facultatem tribuimus amovendi ab illius gubernio, et administratione clericos regulares tunc existentis societatis Jesu, cujus quidem facultatis vigore, suo decreto edito die xxiii septembris ejusdem anni MDCCLXXII amotis clericis tunc regularibus prædictis, idem Marius cardinalis eis presbyteros sæcula-

*Bull. Rom. Tom. IV.*

res substituit. Ingenti præterea labore, studio, ac diligentia memoratus Marius cardinalis, et visitator apostolicus restituit, ac restauravit antiquas constitutiones bo. me. cardinalis Ludovisi dicti collegii fundatoris, eas presentibus temporibus, ac circumstantiis aptando, superaddita ibidem formula prædicti juramenti, ac omnia prædicta una cum relatione peractæ suæ visitationis Nobis exhibuit.

§. 9. Cum autem, sicut Nobis nuper exposuit idem Marius cardinalis, animadverterit, quod idem Urbanus prædecessor juxta præinsertas suas literas facultates prædictas concesserit alumni memorati collegii in suscipiendis sacris ordinibus cum solis literis testimonialibus rectoris pro tempore existentis dicti collegii, easque deinde memoratus Innocentius X etiam prædecessor suis literis prædictis ampliaverit, atque extenderit non solum ad pro tempore existentem almæ urbis vicarium, sed ad quoscumque alios episcopos gratiam, et communionem Sedis apostolicæ habentes, non servatis etiam interstitiis a sacro concilio Tridentino præscriptis; hinc attendita rerum, ac status dicti collegii mutatione, easdem facultates dicto rectori alias, ut præfertur attributas, idem cardinalis Marius sibi, ac pro tempore existenti protectori prædicto, cum potestate quoque concedendi easdem testimoniales literas iis alumni, qui curandæ valetudinis, aliave iusta habita de causa a collegio prædicto ante assuetum tempus discesserint, atque ad illud collegium extra urbem prædictam pro absolvendis eorum studiis se contulerint, per Nos indulgeri plurimum consideret.

Tenor novarum precum porrectarum pro ampliatione indulti ab Urbano VIII. concessi.

§. 10. Nos igitur laudabilibus ejusdem cardinalis Marii votis, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, suis supplicationibus inclinati, prædictas facultates per memoratas literas eorundem Urbani, et Innocentii prædecessorum tunc existenti rectori regulari dicti collegii Hibernensis concessas, atque gratias omnes illius alumni, ut præfertur, attributas confirmantes, per præsentem decernimus, et mandamus, ut in posterum idem cardinalis Marius nunc, et pro tempore existentes dicti collegii protectores, testimoniales literas prædictas tam iis alumni, qui ad omnes etiam sacros, et presbyteratus ordines in urbe prædicta promoveri se cupiant, quam ad eosdem, etiam sacros, et presbyteratus ordines extra illam, et a quo-

Extensio dictæ concessionis.

CCLXXII.

Dat. die  
6. novemb.  
1775.  
Anno V.

cumque antistite prædicto promovendi sint, etiam interstitiis a memorato concilio præscriptis minime servatis, libere, et licite concedere possit, et respective possint, et valeant auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus; eandemque facultatem per præsentem, ut præfertur, concessam, et indultam, ad casum quoque, quo aliquis ex dictis alumnis ante assuetum tempus e prædicto collegio valetudinis curandæ, sive alia justa ex causa ab eo discedat, et ad aliud collegium extra urbem prædictam se conferat, auctoritate, et tenore prædictis extendimus, et ampliamus.

Clausula sub-  
blata, et decre-  
tum irritans.

§. 11. Decernentes easdem præsentem literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis omnibus, et singulis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Omnibus in  
contrarium fac-  
ientibus de-  
rogatur.

§. 12. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, dicti collegii Hibernorum etiam jramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima septembris millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quinto.

Prohibitio extrahendi libros e bibliotheca publica loci di Cavalese diocesis Tridentinæ.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Cum sicut dilectus filius Joannes Petrus Muratori moderatus rector ecclesiæ parochialis sancti Vincentii loci de Isera Tridentinæ diocesis Nobis nuper exponi fecit, ipse bibliothecam publicam sacris libris refertam pro beneficio, ac commodo sacerdotum, ac studentium in burgo di Cavalese ejusdem patria erigi curaverit, vereatur autem, ne tractu temporis libros hinc inde asportando, illos deperdi contingat; idcirco Nos conservationi, et manutentioni librorum hujusmodi opportune prospicere, ipsumque Joannem Petrum specialibus gratiis, et favoribus sequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus Nobis ejus nomine humiliter porrectis inclinatis, omnibus, et singulis personis quacumque auctoritate fungentibus, et functuris, ac cujusvis status, gradus, et conditionis, ac præminentia, et dignitatis nunc, et pro tempore existentibus ne ullo unquam tempore libros, quinter-na, folia, sive impressa, sive manuscripta eidem bibliothecæ hactenus donata, et assignata, aut in posterum assignanda, et donanda e bibliotheca hujusmodi extrahere, commodare, aut asportare, seu ut commodentur, aut extrahantur, seu asportentur permittere, seu consentire sub quovis prætextu, quæsito colore, causa, ingenio quoquo modo audeant, seu præsumant sub excommunicationis læ sententiæ per contrafacientes eo ipso absque alia declaratione incurrenda, a qua nemo absolutionis beneficium nisi a Nobis, seu romano pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constitutus obtinere queat, pœna, auctoritate apostolica tenore præsentium prohibemus, et interdicimus. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Ratio, et tenor prohibiti-  
onis servandæ  
sub pœna ex-  
communicationis  
læ sententiæ,  
et uni pontifi-  
ci reservatæ.

Præceptum de  
servando ad  
valvas biblio-  
thecæ exem-  
plari prohibi-  
tionis.

§. 2. Volumus autem, quod præ-  
sentis prohibitionis exemplum in valvis  
dictæ bibliothecæ, aut in aliquo con-  
spicuo loco quo cerni, et legi ab om-  
nibus possit continuo affixum remaneat.  
Datum Romæ apud sanctam Mariam  
majorem sub annulo piscatoris, die vi-  
cesima sexta novembris anno millesi-  
mo septingentesimo septuagesimo ter-  
tio, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die  
16. nove. 1773.  
Anno V.

CCLXXIII.

Confirmatio decreti hospitalis Hyerosoli-  
mitani super spolio editi.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Præmium

§. 1. **L**ites, et controversias om-  
nes inter universos Christifideles, cos-  
que præsertim, qui sub regulari insti-  
tuto vitam ducunt, pro pastoralis offi-  
cii Nostri munere penitus avertere sa-  
tagentes, ea; quæ ad illarum quoque  
initium dirimendum prudenter statuta  
esse novimus, dum id a Nobis petitur,  
apostolicæ auctoritatis munimine robo-  
ramus.

Exposito præ-  
cum.

§. 2. Nuper siquidem pro parte di-  
lecti filii Francisci Ximenez de Texada  
magni magistri hospitalis sancti Joan-  
nis Hierosolymitani expositum Nobis fuit,  
quod ad tollenda plura, quæ minime  
conveniebant, quæque aliquibus ab hinc  
annis causam dederunt reclamationibus,  
seu querelis propositis ab iis, quibus  
dignitates, ac præceptorix, seu com-  
mendæ dicti hospitalis concessæ fue-  
runt adversus quintum, seu ejus par-  
tem illarum rerum, de quo, seu quibus,  
debita obtenta facultate a pro tempore  
existente magno magistro hospitalis hu-  
jusmodi illorum prædecessores disposue-  
rant; dilecti filii consilii ejusdem hospi-  
talis inhærentes chirographo dilectorum  
quoque filiorum procuratorum commu-  
nis ærarii hospitalis prædicti demanda-  
runt executionem omnium contentorum  
in præfato chirographo, simulque pro-  
hibuerunt, ne admittendæ essent que-  
relæ, rive reclamationes, aut recursus  
quicumque relative ad sequestrationem  
illius, de quo dicti prædecessores dis-  
posuissent. Tenor vero chirographi hu-  
jusmodi est qui sequitur nempe.

Tenor chiro-  
graphi procu-

§. 3. Fr. dominus Franciscus Xi-  
menez de Texada Dei gratia sacræ do-

mus hospitalis sancti Joannis Hierosoly-  
mitani, et militaris ordinis sancti Se-  
pulchri Dominici magister humilis, pau-  
perumque Jesu Christi custos: univer-  
sis, et singulis præsentibus nostras litem  
visuris, lecturis, et auditoris salu-  
tem.

ratorum comu-  
nis ærarii hos-  
pitalis.

Notum facimus, et in verbo ve-  
ritatis attestamur, qualiter infrascriptum  
decretum extractum fuit ex libro con-  
ciliorum in cancellaria Nostra conserva-  
to, in quo similia notari, et registra-  
ri solent; quod quidem in hanc publi-  
cam formam extrahi, et redigi jussi-  
mus, ut ubique tam in judicio, quam  
extra, eidem plena, et indubitata fi-  
des adhibeatur; cujus est tenor qui se-  
quitur videlicet.

Die 1x. mensis augusti 1773. Fat-  
ta lettura del chirografo dei venerandi  
procuratori del comun tesoro, del te-  
nore seguente cioè

Eminentissimo signore

§. 4. Uniformandosi i nostri emi-  
nentissimi statuenti alla ben nota rego-  
la canonica, che tutti gli acquisti, che  
fa un religioso spettano alla religione,  
stabilirono, che tutti gli spogli de' no-  
stri fratelli, spettar dovessero alla sa-  
gra religione. Stat. 3o. Tesoro. Alla qua-  
le pervengono non già come erede, e  
suceditrice, ma come a proprietaria,  
e padrona.

Jus consequen-  
di spolia hospi-  
tali competit  
uti proprietaria-  
rio.

§. 5. Questo diritto de' spogli è uno  
de' più considerabili introiti, che gode  
il comun tesoro per sostenere con quel  
decoro, che si conviene, i due prin-  
cipalissimi istituti di questo sagra ordi-  
ne di vostra eminenza; ospitalità, e mi-  
lizia; e a tutto rigore tale diritto per-  
venir deve al comun tesoro senza di-  
minuzione alcuna. Il che tanto è vero,  
che per lo stat. 64 del tesoro, viene or-  
dinato, che il diritto de' spogli non può  
convertirsi in sostenimento de' litiggi, o  
in usi alieni; ma che pervenir debba  
allo stesso tesoro; imponendo ancora ri-  
gorosissime pene ai contraventori.

Converti ne-  
queunt in alic-  
num usum,  
quam pro hos-  
pitalitate, et  
militia.

§. 6. Pur tuttavia la stessa sagra re-  
ligione in vigore de' statuti 1. e 2. delle  
proibizioni, concede per mezzo degli  
eminentissimi gran maestri ai di lei re-  
ligiosi, servatis servandis, la facultà di  
disporre dell' intero quinto de' mobili  
de' loro spogli; restando peraltro libere  
ed illese le altre quattro parti de' spo-  
gli in beneficio del tesoro.

Magnus magi-  
ster quintam  
partem serva-  
tis servandis  
disponit veluti  
sibi melius pla-  
cet.

§. 7. Gelosissima fu sempre la re-  
ligione nel sostenere a favore del suo  
comun tesoro questo diritto de' spogli,

Jus hujusmo-  
di nec rerum  
judicatarum  
auctoritate con-  
frangi potuit.

rigettando costantemente con varj giudicati le istanze de' suoi religiosi, quali pretesero ristaurare le commende vacate cogli effetti de' spogli de' commendatori defonti

*Contrarii abusus nihilominus introducti fuerunt.*

§. 8. Sollevando però l'ingegno li successori nelle dignità, e commende procurarono da alcuni anni a questa parte tenere almeno in sequestro il quinto, del quale disposto avevano li loro predecessori, e da quello conseguire successivamente l'importare delle spese per il cabreo non rinnovato, o per li precetti della visita priorale non adempiti, o per le deteriorazioni rilevate nei rispettivi beni, e cagionate per colpa, e negligenza dei loro predecessori: nè di ciò contenti li successori suddetti, oltrepassarono alcune volte, sino a pretendere la rifazione delle spese necessarie per le cause sopraccennate dagli effetti dell' intero spoglio.

*Improbantur abusus hujusmodi.*

§. 9. Queste introduzioni si riconoscono del tutto abusive, così rispetto all' intero spoglio, che in riguardo al quinto, del quale si dispose. E in quanto al primo tendono le medesime direttamente a privare il comun tesoro da uno de' suoi più principali introiti, necessario peraltro per l'adempimento de' proprj obblighi, sì ordinarj, che straordinarj; anzi si riconoscono del tutto contrarie alla mente della stessa sagra religione, la quale in vigore del citato statuto 64 tesoro, ordina, che gli spogli pervenghino al tesoro; e per lo statuto 5. allogazioni vuole, che le riparazioni nelle commende vacate debbano farsi dai successori. Nè tralasciò di provvedere colle sue savissime leggi sotto diverse pene alla rinnovazione del cabreo da farsi in tempo congruo; alla confezione de' miglioramenti; all' adempimento de' precetti delle visite priorali, e all' ottimo mantenimento de' suoi beni. E più recentemente il venerando consiglio ingiunse nuova pena di sequestro ai contumaci, e providde alla pronta esecuzione di tali obblighi con decreto del 16. ottobre 1751. *confermato* dalla Santità di Clemente XII., onde quante volte si osservassero le leggi, e decreti, rimarrebbero sempre in buono stato li beni di esse religioni, e adempiti perfettamente tutti gli obblighi. Dal che ne segue, che l' inosservanza delle leggi suddette non può, nè deve recar pregiudizio alla stessa religione legislatrice, col privarla del diritto de' spogli, alla medesima spettante anche per l' inveterata osservanza attestata dal venerando prior Caravita, la quale oltre essere la

vera interprete della legge nella religione di vostra eminenza, ha forza di statuto.

§. 10. In quanto poi al quinto, del quale dispongono i nostri religiosi, scorgosi abusive le già dette introduzioni, sì perchè rendono frustranea, e di niun effetto la licenza, che gli eminentissimi gran maestri concedono per disporre del quinto, e con ciò feriscono direttamente l' autorità magistrale: sì ancora perchè gli stessi religiosi rimangono fraudati nella loro intenzione, rendendosi nulla la disposizione, che essi fanno del quinto del loro spoglio, o a favore di opera pia, o in gratificazione, e ricompensa verso coloro, ai quali si erdono obbligati: sì finalmente, perchè l' inadempimento della disposizione del quinto reca senza dubbio notabile pregiudizio alla estimazione della sagra religione presso le cause pie, li congiunti, familiari, ed altri, che si vedono privati del legato ad essi lasciato; sebbene rispetto al risarcimento delle spese fatte per la rinnovazione del cabreo scaduto in tempo dei predecessori, viene appoggiata l' istanza de' successori contro li legatarj del decreto del venerando consiglio emanato li 28. settembre 1741.

*Forum pernicies melius quoque detegitur.*

§. 11. L' obbligo, che ci corre d' invigilare all' interesse del tesoro, e di procurare, che i religiosi di vostra eminenza non si occupino a sostenere litigi contro lo stesso tesoro, ci costringe a rappresentare il tutto all' eminenza vostra colla certa fiducia, che unitamente al venerando consiglio, si degnerà porre argine ai sopraccennati inconvenienti, con dichiarare, e nello stesso tempo ordinare, che da oggi in avanti resti preclusa qualunque via a tali abusi, togliendo ai successori ne' priorati, ballaggi, e commende, non ostante ancora il suriportato decreto del 1741, e giudicati, ogui diritto di poter pretendere qualsisia rilevazione, sia dell' intero spoglio, per conservare illese le ragioni del tesoro, che del quinto dei loro rispettivi predecessori, del quale disposerò, così richiedendo il decoro della nostra sagra religione, senza che promuover si possa dai successori suddetti istanza alcuna per loro indennizzazione, tanto per cabreo non rinnovato, che per miglioramenti non fatti, per precetti di visita priorale non adempiti, per deteriorazioni seguite per colpa, e negligenza dei loro predecessori, e per ogni altra causa procedente dalla mala amministrazione precedente: con ordinare nel tempo stesso, e incaricare

*Indigitantur remedia opportuna, ut abusus eliminentur.*

alle venerande lingue, ai venerandi capitoli, e assemblee priorali, ed ai ricevitori, che invigilino secondo le loro incombenze perchè il tutto sia nel debito tempo adempito dai rispettivi venerandi priori, bagliivi, e commendatori; e che in caso di ommissione, o contumacia di questi, eseguischino onninamente, e sotto le stesse pene, quanto saviamente fu prescritto dal precitato decreto del sagra consiglio del 1731. Essendo indubitato, che posto questo, come è di dovere, in esecuzione, verun priore, bagliivo, o commendatore nuovamente provvisto, aver potrà motivo di dolersi dell'amministrazione del suo predecessore, nè incontrare occasione di ricorrere contro lo spoglio del medesimo.

Quando piacerà all'eminenza vostra di aderire col venerando consiglio a queste nostre rappresentanze, siamo ancor di sentimento, che si compiacciano ordinare la comunicazione del nuovo decreto a tutte le venerande lingue, e priorati, ed accluderne ad ogni maggior cautela copia del succitato saviissimo decreto del 1731. Con che profondamente ci inchiniamo = Dal Tesoro li 2. agosto 1773. = Fr. Silvio Vincentini segretario del comun tesoro.

§. 12. L' illustrissimo, e venerando signor luogotenente dell' eminentissimo, e reverendissimo signor gran maestro, ed il venerando consiglio, collo scrutinio delle palle, aderendo al preinserto chirografo, hanno dichiarato, e rispettivamente ordinato tutto minutamente ciò, che in quello si contiene, proibendo a tutti, e qualunque fratello di questo sagra ordine li ricorsi nel medesimo chirografo accennati.

Et quia ita se habet veritas, ideo in hujus rei testimonium Bulla Nostra magistralis in cera nigra præsentibus est impressa. Datum Melitæ in conventu nostro die, mense, et anno supradictis. Regist. in cancelleria.

Loco ✕ signi.

Bajulivus Aquilæ fr. Franc. Guedes Vicecancellarius.

§. 13. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, omnia in dicto chirographo contenta id unum potissimum respiciunt, ut nempe unusquisque dum adhuc vivit, suas obligationes adimplere teneatur, et ne facultas disponendi a magnis magistris ipsius hospitalis sive prædecessoribus, sive pro tempore existentibus concessa inefficax reddetur, neve voluntas disponentis fratris railitis, sive prioris, aut bajulivi,

sive præceptoris, vel commendatarii dicti hospitalis effectu vacua, et fraudata remaneat, litesque post ejus obitum suboriantur. Hinc dictus exponens, ut decretum consilii hujusmodi firmiter subsistat, et servetur exactius, illud una cum præinserto chirographo a Nobis approbari, et confirmari plurimum desiderat.

§. 14. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præinsertum decretum memorati consilii, una cum omnibus, et singulis in dicto chirographo contentis, et expressis auctoritate apostolica, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adicimus, omnesque juris, et facti, ac solemnitatum defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, auctoritate, et tenore prædictis supplementum, et sanamus.

§. 15. Decernentes ipsas præsentibus literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus supes his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 16. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti hospitalis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, stabilimentis, usibus, et naturis, ac ordinationibus capitularibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro

Confirmatio apostolica.

Clausula suppleta, et decretum irritans.

Derogatio contrariorum.

Laudatur consilium, et illius executio præcipitur.

Postulatio pontifici porrecta pro confirmatione decreti.



plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die decima sexta novembris millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus nostri anno quinto.

## CCLXXIV.

Dat. die  
19. novemb.  
1773.  
Anno V.

Indultum super alternativa vacatione a servitio chori cum facultate substituendi pro canonicis collegiatae ecclesie sancti Nicolai civitatis Fabrianensis.

Venerabili fratri episcopo Camerinensi et Fabrianensi

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater salutem,  
et apostolicam benedictionem

Expositio pre-  
cuius.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii prior, et canonici insignis, ut asseritur, collegiatae ecclesie sancti Nicolai civitatis Fabrianensis, quod tam idem prior, ac undecim canonici, quam totidem alii cappellani choro in dicta ecclesia intersunt omnibus diebus festis, aliisque etiam non feriatis intra annum, præscriptis. Vacant tamen a choro non quidem tempore adventus, et quadragesimæ, nec in octava festivitatis sanctissimi corporis Christi, sed reliquis anni temporibus, et ita vacant, ut duobus diebus continuis servitium præstent, tertio vero die ab illo se absterneant, quo circa modo, præter duos cappellanos, octo canonici choro intersunt. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, ecclesia prædicta in loco haud commodiori sita reperitur, et chori servitium ita in ea distributum sit, ut saltem tribus vicibus ad illum, die quolibet, ii qui servitium præstare tenentur, ad ecclesiam huiusmodi accedere debeant; hinc dicti exponentes chori servitium per Nos alternative distribui, et facultatem alios substituendi sibi concedi plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per præsentem committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, eisdem exponentibus, ut toto anni tempore per mediariam, idest per dimidiam eorum partem alternis hebdomadis choro et officiis divinis interesse, atque ecclesie inservire possint, et valeant; ita tamen, ut diebus dominicis, et festis de præcepto, ac in festivitate sanctorum patronum, et tutelarum, ac titularum supradictæ ecclesie, nec non tempore adventus, et quadragesimæ, atque octavæ sanctissimi corporis Christi omnes inservire teneantur, cum facultate substituendi ad formam juris, auctoritate apostolica, tenore præsentium pro tuo arbitrio, et conscientia, concedas, et indulgeas.

Remittuntur preces arbitrio episcopi cum omnibus facultatibus opportunis.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima nona novembris millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus nostri anno quinto.

Derogatur contrariis.

## CCLXXV.

Dat. die  
20. novemb.  
1773.  
Anno V.

Commissio vicariis apostolicis in regnis Tunkini, et Concinchinæ existentibus pro subrogatione aliorum missionariorum in locum presbyterorum extinctæ societatis Jesu.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **S**uper familiam Domini cælestis patris ordinatione constituti ad omnes nationes, et gentes, quæ catholica societate continentur, sollicitudinis nostræ curas interdiximus, atque in iis omnibus, quæ ad earum æternam salutem procurandam, obtinendamque pertinent, ita advigilare admittimus, ut

Prosumum.

opportunas apostolicæ charitatis, potestatisque Nostræ partes in dissitis præsertim regionibus, et provinciis, quoad Nobis integrum est, desiderari minime patiamur.

Status missionum in regno Tunkini, et Concinchinæ, pro suppressa congregatione societatis Jesu.

§. 2. Dudum siquidem, sicut nuper accepimus, in regnis Tunkini, et Concinchinæ, in quibus catholicorum numerus, benedicente Domino, in dies magis magisque augetur, nonnulli vicarii apostolici ab hac sancta Sede respective deputati reperiuntur. Cum autem inter cæteros qui sacris missionibus ibidem operam dabant, numerarentur quoque presbyteri regulares societatis Jesu, quæ per alias Nostras in simili forma Brevis die 21 julii currentis anni expeditas literas suppressa atque extincta fuit, hinc est, quod Nos motu proprio, atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, omnibus, et singulis ejusdem sic per Nos, ut præfertur, extinctæ societatis presbyteris jampridem in dictis regnis missionariis omnia, et singula privilegia, facultates, gratias, et indulta a romanis pontificibus prædecessoribus Nostris, et Sede prædicta quandocumque, quomocumque, et qualitercumque eidem extinctæ societati, suisque presbyteris concessa, tributa, et elargita, revocamus, tollimus, et abolemus.

Concessio facultatum apostolicis vicariis pro variatione legis suppressionis.

§. 3. Ne autem ex premissis quidquam detrimenti spiritualibus necessitatibus catholicorum in eisdem regnis detegitur unquam obveniat, pro pastoralis muneris Nostris debito paterna charitate providere volentes, motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus per præsentem committimus, et mandamus eisdem vicariis apostolicis in regnis prædictis existentibus, ut quatenus propter societatis prædictæ extinctionem, et suppressionem hujusmodi aliqua opus sit variatione in distribuendis, applicandisque missionibus, quæ in eorum respective districtu reperiuntur, communi assensu hoc ipsum faciant, et exequantur, piisque, ac justis carissimorum in Christo filiorum nostrorum Ludovici francorum regis christianissimi, et Karoli Hispaniarum regis catholici, aliorumque christianorum principum de eisdem missionibus adeo benemeritorum desideriis inhærentes, id totum in re hac vicarii prædicti unanimiter agant, atque constituent, quod ad majorem, facilioremque catholicæ fidei propagationem, æternamque animarum salutem obtinendam, in Domino magis expedire putaverint.

Præceptum subrogandi

§. 4. In primis vero pro eo, quo Bull. Rom. Tom. IV.

eadem vicarii pollent zelo, pietate, charitate, ac diligentia, alios, qui spiritualibus earundem animarum necessitatibus occurrere possint in locis, in quibus dicti presbyteri sacris missionibus operam dabant, in eorum locum subrogare, ac deputare omnino curent, et teneantur; opusque sibi injunctum mutua invicem charitate ita consummare satagant, ut debitam eorum laboribus mercedem in cælis a justo retributore Deo recipere valeant. Quod si antequam præsentibus Nostræ literæ ad eisdem vicarios perveniant, aliquid contra earundem literarum formam, et dispositionem interea gestum, præscriptum, atque statutum sit, id totum motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus cassamus, tollimus, et abrogamus, nulliusque roboris, et momenti fuisse, et esse decernimus, et declaramus.

presbyteros, qui missionibus operam dare valeant.

§. 5. Præterea volumus, ac sub indignationis Nostræ, aliisque arbitrio Nostris imponendis pœnis vicariis apostolicis prædictis jubemus, et præcipimus, ut quisque in eis anno quolibet, relationem status suæ respectivæ missionis modo ad dilectum filium Nostrum Andream Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalem Corsini nuncupatum, et deinde ad alium ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalem pro tempore in ejus locum a Nobis, et successoribus nostris romanis pontificibus ad id designandum, et deputandum transmittere omnino debeant, ut inde quid in earundem missionum majorem utilitatem, et incrementum, statuendum sit, matura deliberatione adhibita per Nos, et eosdem successores Nostros præscribatur.

Præcipitur transmissio annuæ status missionum sub pœnis arbitrio imponendis.

§. 6. Decernentes ipsas præsentibus literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula salutaris, et irritantes.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima novembris millesimo septingentesimo

Derogatio contrariorum.

M m m m

septuagesimo tertio, pontificatus nostri anno quinto.

CCLXXVI.

Dat die  
24. Novemb.  
1773.  
Anno V.

Erectio congregationis ex tribus cardinalibus constitutæ pro gubernio, atque regimine collegii Romani.

Clemens PP. XIV

Ad perpetuam rei memoriam

Deputatio trium cardinalium, qui congregationem studiorum constituant.

§. 1. **C**om mendatissimam publicarum scholarum, gymnasiorum, ac universitatum institutionem tanta cum Christi fidelium omnium utilitate, ac plausu communiter exceptam vidimus semper, ac plane cognovimus, ut ad supremam beati Petri cathedram divina dispositione vocati, in illis ubique, et in hac præsertim alma urbe nostra conservandis, augendisque omne studium, omnemque curam, et sollicitudinem Nostram merito impensam esse in Domino arbitremur. Hac itaque de re, ut collegium in eadem urbe dudum erectum, et Romanum nuncupatum, eo quo par est, splendore conservetur, ac magis, magisque augeatur in publicam non solum omnium ad ejus scholas confluentium utilitatem, sed eorum præsertim qui in sortem Domini vocati in episcopali Nostro seminario ad pietatem, doctrinam, morumque integritatem informantur, unam congregationem ex tribus S. R. E. cardinalibus pro ejus felici, ac prospero gubernio erigere decrevimus.

Inter cardinales semper recenseri debet vicarius Urbis, cum jurisdictione super seminario, collegio, et ecclesiis adnexis.

§. 2. Semper autem volumus, atque mandamus, ut in congregatione hujusmodi locum habere debeat dilectus filius noster Marcus Antonius S. R. E. presbyter cardinalis Columna nuncupatus, atque pro tempore existens almæ urbis prædictæ vicarius, ad quem privativa inspectio pertinere debeat in omnibus spiritualibus; quo circa non solum episcopale seminarium prædictum, ac omnes quocumque titulo in collegio Romano hujusmodi commorantes, sed etiam ecclesia sancti Ignatii, ac sacræ functiones quæ in ea peraguntur, una cum oratorio s. Francisci Xaverii Caravitæ nuncupato, ac operibus piis ibidem exerceri solitis, sen ab eodem oratorio quocumque modo dependentibus sub ejusdem nunc, et pro tempore existentis vicarii directione erant, ita ut ipse alumnos eligere,

præfectos, aliosque ministros deputare, ac id totum, quod in spiritualibus ecclesiasticam respicit disciplinam, valeat explere.

§. 3. Alter vero ex iisdem cardinalibus privativam pariter inspectionem habeat in iis, quæ ad æconomicum statum pertinent, et consequenter ab eo omnes ministri deputandi eruat, eisque stipendia, honoraria, et salaria constituenda, idque omne, quod ad æconomiam pertinet ipse peragere possit.

Alter cardinalis præponitur œconomicis.

§. 4. Tertius autem ex dictis cardinalibus præfectus erit studiorum, bibliothecæ, ac musei in dicto collegio nunc existentis, nec non speculæ in posterum ibidem erigendæ: qua de re ipse in lectores, studia, scholas, discipulos, bibliothecam, et museum peculiarem superintendentiam obtinebit, atque, prout sibi opportunum videbitur, cathedras augere, ac mutare poterit cum facultate eligendi lectores, eosque ab officio suspensos declarandi, atque in respicientibus scholas, et studia providendi. Motu itaque proprio, atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine congregationem prædictam ex memorato nempe Marco Antonio cardinali nunc, et pro tempore existente dictæ urbis vicario, atque ex dilectis itidem filiis Nostris Andrea, et Francisco Xaverio ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ præbyteris cardinalibus Corsinio, et de Zelada respective nuncupatis erigimus, ac instituimus, ita ut primus eorum in spiritualibus omnibus prædictis, alter vero in iis, quæ ad æconomicum statum pertinent; tertius demum in respicientibus studia, aliæque præmissa demandatum per præsentem munus, sicut præfertur, respective gerant, et obtineant. Omnes tamen, quoties ipsi opportunum judicaverint, simul congregabuntur, et relatis ab unoquoque eorum iis omnibus, quæ ad quemque ex illis ut præmittitur, respective pertinent, plena congregatio, quod expediens censuerit, licet ad peculiarem cujusque inspectionem spectet, decernere poterit.

Tertio præfectura studiorum, bibliothecæ, atque musei conceditur.

§. 5. Huic autem congregationi sic per Nos, ut præfertur, erectæ, et constitutæ eandem omnino jurisdictionem civilem, et criminalem, quam obtinet pro tempore existens rector Sapientiæ, ejusque universitatis almæ urbis prædictæ, motu scientia, et potestatis plenitudine paribus tribuimus, et imperitum; itaut idem Marcus Antonius, et pro tempore existens vicarius hujus-

Congregationi tribuitur jurisdictionem civilem, et criminalem.

modi criminaliter ad tollendas omnes inordinationes quoad mores, ac spiritualia procedere possit; memoratus vero Andreas cardinalis in iis, quæ æconomicum statum respiciunt, ac prædictus Franciscus Xaverius cardinalis in pertinentibus ad scholas, discipulos, lectores, et in illis omnibus quæ scholarum ratione eventura sint, criminaliter quoque, sed adhibita opera pro tempore existentis locumtenentis vicarii prædicti, ejusque notarii procedere pariter respective possint, et valeant. Si quis vero ab aliquo ex eisdem cardinalibus se gravatum fuisse putet in plena congregatione prædicta gravaminis causam exponat, atque ad illam recurrat.

§. 6. Præterea privilegia omnia, indulgentias, gratias, et indulta a romanis pontificibus prædecessoribus Nostri eisdem scholis, et discipulis collegii Romani prædicti, piisque congregationibus ibidem fieri solitis concessa, et attributa, motu, scientia et potestatis plenitudine similibus confirmamus, et approbamus, ac quatenus opus sit, de novo concedimus, et indulgemus.

§. 7. Decernentes ipsas præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super iis a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 8. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac quibusvis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac eum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dum-

taxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima quarta novembris millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quinto.

CCLXXVII.

Dat. die  
26. novemb.  
1775.  
Anno V.

Extensio privilegiorum cappellarum castrorum ad cappellam ædificii armorum in turri = dell' Annunziata = vulgo nuncupata, erecti Neapolitanæ dioceseos.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Regia; ac pia sublimium personarum vota, quæ non tam armis, quam pietate populos sibi creditos gubernare, ac tueri adnituntur, decet profecto, ut peculiaribus pontificiæ beneficentiæ favoribus, et gratiis prosequamur. Nuper siquidem pro parte charissimi in Christo filii Nostri Ferdinandi utriusque Siciliæ, et Hierusalem regis illustris expositum Nobis fuit, quod ipse pro insigni, ac regia fabrica armorum in turri = dell' Annunziata = vulgo nuncupata, splendidum sane ædificium erigi curavit, et a militibus hac de causa illuc destinatis in ejus ingressu custoditum. Pro sua itaque eximia, ac singulari pietate, idem Ferdinandus rex, ut consultum sit spirituali commoditati dictorum militum, et operariorum, eorumque familiarum tam in audiendo sacrosanctæ missæ sacrificio, quam in sumendis sanctis sacramentis, necessarium omnino ducit, ibidem unam aperire ecclesiam, quæ eisdem privilegiis, et facultatibus fruatur, quibus gaudent aliæ cappellæ regionum castrorum, et arcium juxta disposita a felicis recordationis Benedicto pp. XIV prædecessore Nostro per suas anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimo primo pridie nonas julii sub plumbo expeditas literas, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur. Interea vero in eodem ædificio unam satis superque ornatam cappellam, in qua quotidie missa celebrari,

Preces porrectæ a rege utriusque Siciliæ pro extentione privilegiorum indultorum a Benedicto XIV pro ecclesiis, cappellis regionum castrorum.

M m m m \*

Confirmantur privilegia, gratia, et indulta existentia.

Clausula sublitera, et decretum irritans.

Derogatio contrariorum.

et oleum extremæ unctionis asservari possit, ipse Ferdinandus rex erigere constituit. Qua de re tam dictam cappellam, quam ecclesiam hujusmodi, omnibus, et singulis privilegiis, quibus aliæ cappellæ, seu ecclesiæ regionum castrorum prædictorum potiuntur, frui, et gaudere, illasque una cum militibus, aliisque in eodem ædificio commorantibus a jurisdictione venerabilis fratris Nicolai episcopi Puteolani moderni cappellani majoris in toto regno Neapolitano, ejusque pro tempore in munere hujusmodi successorum pertinere, idem Ferdinandus rex per Nos declarari plurimum desiderat.

Extensio privilegii, cum concessione jurisdictionis ordinariæ cappellano majori pro administratione sacramentorum.

§. 2. Nos igitur piis, ac laudabilibus ipsius Ferdinandi regis votis, quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, omnia, et singula privilegia cappellis, seu ecclesiis aliorum castrorum prædictorum per memoratas literas ejusdem Benedicti prædecessoris, ut præfertur, concessa, et attributa ad cappellam, et respective ecclesiam dicti ædificii pro fabrica armorum constructi, durante tamen in eo mansione operariorum, et militum prædictorum auctoritate apostolica tenore præsentium extendimus, et ampliamus, atque tam in dicta cappella, et respective ecclesia, quam super hujusmodi operarios, ac milites, eorumque familias ipsum nunc, et pro tempore existentem cappellanum majorem eandem omnino ordinariam jurisdictionem, et administrationem sacramentorum, quam, seu quas ipse exercet in aliis regni castris, seu arcibus, servata in omnibus, et per omnia ejusdem Benedicti prædecessoris literarum forma, et dispositione, exercere pariter libere, et licite possit, et valeat, auctoritate, et tenore prædictis statuimus, et declaramus.

Clausula subla, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes ipsas præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus apostolicis,

ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima sexta novembris millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quinto.

CCLXXVIII.

Dat. die  
15. decemb.  
1773.  
Anno V.

Universitati studiorum civitatis Maceratis applicantur ædes, ecclesia, et nonnulla loca montium alias ad extinctæ societatis Jesu collegium, ibidem existens, spectantia,

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii communitas, et homines civitatis Nostræ Maceratensis, quod, ut consultum sit iis omnibus, quibus indiget publica studiorum universitas ejusdem civitatis, eaque in publicum bonum, atque in totius provinciæ Nostræ Marchiæ decus, et ornamentum magis magisque efflorescat, et augeatur, non solum amplio rem pro scholis locum, sed bibliothecam etiam, quæ publico usui destinata sit, redditusque præterea annuos ei assignari necessarium omnino undique dignoscatur. Quocirca dicti exponentes ædes, ecclesiamque ibidem existentis jam collegii suppressæ societatis Jesu, nec non ejus bibliothecam, atque loca montium relicta a quondam Ludovico Casini, simulque hæreditatem Rosati Rosati dictæ universitati per Nos applicari plurimum desiderant.

Expositio status, et necessitatum universitatis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, de dilectorum filiorum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium particularis congregationis a Nobis deputatæ super negotiis suppressæ ejusdem

Consulit necessitatibus pontifex concedens, ædes et ecclesiam suppressæ congregationis Jesu, bibliothecam pro usu publico, et loca montium relicta a Ludovico Casini, et Rosato Rosati.



societatis Jesu consilio, universitati studiorum ejusdem civitatis ædes, et ecclesiam suppressi collegii prædicti cum omnibus mobilibus, suppellectilibus sacris, et prophanis, etiam argenteis (salvo semper usu horreorum, et cellarum favore cameræ apostolicæ, donec illis indigerit, pro reponendis, et conservandis frugibus, et vino) ut eo transferantur publicæ universitatis hujusmodi scholæ, nec non bibliothecam pro suo usu publico, atque loca montium relicta a Ludovico Casini, et hæreditatem Rosati Rosati auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, assignamus, et applicamus.

Imponuntur onera ab eadem universitate ferenda.

§. 3. Ita tamen, ut supportentur onera ab utroque testatore hujusmodi præscripta, alendi præsertim, et disciplinis imbuendi juvenes nominandos juxta dispositionem dicti Ludovici a dilectis itidem filiis communitate, et hominibus oppidi sancti Elpidii Firmanæ diæcesis, duosque alios civitatis, et præsidatus montis Alti ad formam testamenti dicti Rosati, et perficiendi fabricam ecclesiæ ab eo demandatam. Præterea volumus, atque mandamus, ut eidem communitati, et hominibus civitatis Maceratensis prædictæ restituantur scuta centum monetæ soluta dilecto quoque filio Cajetano Fortini pictori, et ex prædictis omnibus manutendendus sit, quoad vixerit, dilectus itidem filius Camillus Compagnoni individuus ejusdem suppressæ societatis.

Rejiciuntur preces Ludovici Casini, episcopi, et comunitatis Montis Alti.

§. 4. Hac autem concessione, assignatione, et applicatione attempta, instantiam tam dilecti filii Ludovici Casini pro memoratis locis montium, quam venerabilis fratris episcopi, et communitatis montis Alti, ac clericorum regularium sancti Pauli Barnabitarum nuncupatorum dictæ civitatis Maceratensis pro hæreditate ipsius Rosati Rosati minime admittendam esse decernimus, et declaramus, salva tamen semper in præmissis auctoritate congregationis eorumdem cardinalium.

Clausula subla, et decretum irritas.

§. Decernentes easdem præsentibus literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam

quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus prædictorum, aliorumque testatorum etiam ultima voluntate, quam ad præmissorum effectum sufficienter, et expresse commutamus, nec non constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die decima quinta decembris millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quinto.

Derogatio contrariorum.

CCLXXIX.

Dat. die 15. decemb. 1773. Anno V.

Approbatur constitutio conventus recessus fratrum ordinis Minimorum sancti Francisci de Observantia in civitate Ripana, et prohibetur, ne alibi transferri possit, inconsulta Sede apostolica.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Nuper pro parte dilectorum filiorum capituli, et canonicorum cathedralis ecclesiæ Ripanæ, ac totius cleri, nec non communitatis, et hominum Nostræ civitatis Ripanæ hujusmodi expositum Nobis fuit, quod juxta præscriptum a decretis congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium discipline regulari præpositorum, quibus cavetur, ut in unaquaque provincia ordinis Minorum sancti Francisci de Observantia nuncupatorum unus, aut duo saltem

Exponitur quantum spiritualis utilitatis obveniat a laudabili institutione conventus recessus.

extent conventus recessus, ubi illius fratres spiritu arctioris vitæ ducti Deo ferventius velint, ac valcant inservire, dudum jam in civitate prædicta unus conventus recessus ejusmodi a superioribus ipsius ordinis constitutus fuit, ac de præsentis reperitur. Maxima itaque semper apparet spiritualis utilitas, quæ in civitatem ipsam, suosque cives inde usque adhuc obvenit, tam propter exemplarem fratrum ejusdem recessus vivendi rationem, quam ob spiritualia auxilia, quæ ipsi sacramentales Christifidelium confessiones audiendo, verbum Dei illis prædicando, eosque ad spirituales exercitationes peragendas excipiendo, quotidie suppeditant.

Postulatio pro obtinenda perpetua conservatione conventus.

§. 2. Ut autem sicut eadem expositio subjungebat, tractu temporis novi in re hac evenire possit, et, ne remoto conventu recessus hujusmodi a prædicta civitate alibi illum transferri contingat, dicti exponentes, quibus quam maxime cordi est, spiritualem utilitatem inde obviam sibi, suisque posteris conservare constitutionem conventus recessus hujusmodi in dicta civitate dudum factam, ut præfertur, per Nos approbari, et confirmari, illumque ad alium ejusdem provincie locum transferri minime posse sibi concedi plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Præcipitur nihil innovari sancta Sede inconsulta.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, audita super præmissis relatione, et voto dilecti filii Nostri Aloisii Mariæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis Torrigiani nuncupati, ejusdem ordinis apud Nos, et Sedem apostolicam protectoris, constitutionem conventus recessus fratrum minorum dicti ordinis sancti Francisci de Observantia nuncupatorum in memorata civitate Ripana a superioribus ipsius ordinis dudum, ut præmittitur, factam, auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis, ac perpetuæ apostolicæ firmitatis robur adiciamus, et ne inconsulta Sede apostolica idem conventus recessus a prædicta civitate amoveri,

atque alibi transferri possit, auctoritate, et tenore prædictis perpetuo pariter prohibemus atque interdiciamus.

§. 4. Decernentes ipsas præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula salutaris, et irritantes.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, dicti ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque iudicatis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima quinta decembris millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quinto.

CCLXXX.

Confirmatio concordie pro capitulo collegiatae ecclesie oppidi Monsonii Illerdensis diocesis.

Dat. die 20. decemb. 1773. Anno V.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii prior, capitulum, et

Expositio facta.

canonici ecclesiæ, ut asseritur, insignis collegiatae sanctæ Mariæ del Romeral nuncupatæ, oppidi Monsonii Illerdensis diœcesis, quod alias die nempe 31. augusti proxime præteriti, convocato, et simul congregato, ut moris est, eorumdem canonicorum, et portionariorum capitulo de mandato prioris, et præsidis in aula capitulari, intervenientibus eodem priore, ac præside, thesaurario, ac simul canonico, et sacrista majori, nec non aliis undecim canonicis, et quatuor portionariis in instrumento desuper eadem die confecto nominatis, et cognominatis totum capitulum hujusmodi repræsentantibus, memoratus prior, ac præses exhibuit quasdam regias literas scriptas die 20. julii 1772. Summa autem earumdem literarum hæc erat.

Teuor regia-  
rum literarum  
expeditarum  
pro concordia  
iueunda.

§. 2. Cum ad magistratum, et consilium oppidi Monsonii spectet, ac pertineat jus præsentandi ad thesaurariam, duodecim canonicatus, et alia beneficia ecclesiæ collegiatae dicti oppidi, et vigore nonnullorum indultorum apostolicorum idem magistratus, atque consilium, nec non incolæ, et agricolæ ejusdem oppidi a solutione primitiæ ex fructibus in territorio præfati oppidi nascentibus exempti sint, correlative tamen ad hujusmodi jus præsentandi, et extentionem teneri, et obligatos esse ad subministrationem jocalium, sacre supellectilis, et sumptuum pro fabrica dictæ ecclesiæ, ejusque chori, sacrarii et turris campanariæ, eorumque conservationem, et augmento in dies occurrentium, prout ab immemorabili ita servatum fuit. Verum quia dictum oppidum uti munitum bellorum occasione gravia damna identidem substiuit, ac præcipue dicta turris campanaria fere diruta remansit; magistratus vero, et consilium hujusmodi tum propter temporum calamitates, tum propter æris alieni, quo premuntur, dissolutionem, ac propter restaurationem murorum, portarum castrorum, et aquæductuum, aliorumque necessariorum pro militibus præsidariis impotentes evaserunt, nedum ad restaurandam turrem præfatam, et ampliandam ecclesiam, quemadmodum necesse est, propter populi multiplicationem, sed neque jocalia, sacramque supellectilem, quibus ecclesia ipsa maxime indiget, subministrare valent, non obstantibus iteratis monitionibus dicto magistratui identidem significatis a diœcesanis episcopis Illerdensibus in actu suarum visitationum. In tanta proinde ex parte ecclesiæ hu-

jusmodi egestate, quæ in dies magis augetur, et ex altera magistratus, et consilii prædictorum ad ei subveniendum impotentia, assiduis ejusdem capituli postulationibus permoti in eam venerunt deliberationem, ut quoniam ab immemorabili tempore incolis Monsonii permissum fuerat, quod colerent, sererent, ac meliorarent eas terras, quæ sunt ipsius magistratus, et consilii, et quas appellant *campum gratiæ* cum onere solvendi jure terragii nuncupato decimam sextam partem fructuum inde colligendorum juxta antiqua dicti oppidi statuta, et ordinationes, hinc eadem terræ deinceps in emphyteusim perpetuam incolis monsonensibus concederentur sub annuo canone, seu responsione octo denariorum pro qualibet mensura *caizara* vulgo nuncupata, ac dictæ decimæ sextæ partis fructuum directo dominio ipsi magistratui, et consilio semper reservato, dictique annui canones, seu responsiones tam denariorum, quam fructuum ex præfato jure terragii proventuri, seu proventuræ præfatæ ecclesiæ pariter in perpetuum assignarentur pro jocalibus, supellectili, ac fabrica tam ipsius ecclesiæ collegiatae, quam alterius beatae Mariæ de Lax etiam nuncupatæ, et in eodem territorio Monsoniensi existentis administrandi, seu administrandæ sub œconomia duorum de capitulo annis singulis per ipsum capitulum deputandorum, ac primi, et secundi pro tempore rectorum magistratus præfati, et in casu discordiæ sub judicio episcopi diœcesani.

§. 3. Quæ quidem dicti magistratus, et consilii deliberatio, præviis multiplicibus instructionibus a regio consilio mature exquisitis, et signanter recepto assensu venerabilis fratris episcopi Illerdensis tam quoad administrationem canonum, seu responsionum hujusmodi ex parte dictæ ecclesiæ, quam quoad renunciationem ab ipsa ecclesia emittendam juri suo recipiendi a dictis magistratu, et consilio subsidia pro jocalibus, supellectilibus, et fabrica prædictis, ad quem effectum idem episcopus facultatem impertitus fuit priori, et capitulo dictæ collegiatae ecclesiæ publicum receptionis, et renunciationis instrumentum desuper stipulandi, tandem a regio consilio Castellæ ipsius regis nomine fuit approbata, et confirmata per præfatas regias literas desuper expeditas, quæ etiam a regio Aragoniæ senatu, ut executionem haberent, demandatum fuit.

Episcopus Illerdensis deliberationi assensum præbet.

§. 4. His itaque exhibitis literis,

Integrum capitulum concor-

diam laudat,  
et acceptat.

præmissam cessionem per dictos magistratum, et consilium præfati oppidi Monsonii in perpetuum factam dictorum annuorum canonum, sive responsionum et præfato terragii jure provenientium pro dote, et mantentione jocalium, sacræque suppellectilis, et fabricæ tam dictæ ecclesiæ collegiatae, quam alterius de Lax nuncupatæ, integrum capitulum ipsius collegiatae ecclesiæ, ut præfertur, congregatum, voce etiam, ac nomine absentium, et futurorum unanimiter, et nemine discrepante, acceptavit, et correspective ad jus sibi cessum exigendi dictos annuos canones, seu responsiones tum denariorum, quam fructuum ipsius terragii, campi, prædiorum, et terrarum præfati territorii Monsoniensis simul cum illis de Lax, Lacadorsa, et Armentera eundem magistratum, et consilium quietavit in forma. Ac insuper, utendo facultate sibi jam concessa ab eodem episcopo Illerdense renuntiavit omni juri, nullo jure sibi reservato, quod ante stipulationem tunc desuper confecti instrumenti habebat juris remediis magistratum, et consilium hujusmodi ad præmissorum subsidiorum subministracionem adstringendi illum, et illud a præfata obligatione in perpetuum liberando: promisitque capitulum præfatum suæ acceptationi, ac renunciacioni hujusmodi nunquam contraire, sed eas adimplere sub obligatione honorum, et reddituum dictæ ecclesiæ, supplicando sanctam apostolicam Sedem, ut præmissa in perpetuum subsistere valeant, pro illorum approbatione, et confirmatione, ac alias prout in instrumento die 31. augusti prædicti stipulato in oppido Monsonii præsentibus duobus ejusdem ecclesiæ commensalibus testibus per acta Antonii Chesa Monsoniensis scribæ regii de eo rogati, cujus tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, fusius continetur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat dicti exponentes, quo firmiter instrumentum hujusmodi subsistat, et servetur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri plurimum desiderent; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Confirmatur in  
strumentum  
concordiæ auctoritate  
apostolica. Ibid.

§. 5. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis,

et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, prædictum instrumentum die 31. augusti proxime præteriti per acta dicti Antonii Chesa stipulatum, ut præfertur, una cum conditionibus, renunciacionibus, pactis, et conventionibus in eo contentis, et expressis auctoritate apostolica, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis, ac perpetuæ apostolicæ firmitatis robur adiicimus, omnesque juris, et facti, ac solemnitatum defectus, supplemus, et sanamus.

§. 6. Decernentes ipsas præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolicis auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub anulo piscatoris, die vicesima decembris millesimo septingentesimo, septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quinto.

que in perpetuum servari præcipitur.

Clausula sublitera, et decretum irritans.

Derogatio contrariorum.

Dat die  
16. Januarii  
1774.  
Anno V.

CCLXXXI.

Erectio seminarii ecclesiastici puerorum  
civitatis Urbevetanæ.

Clemens PP. XIV

Ad futuram rei memoriam.

Expositio pre-  
cum ab episco-  
po porrecta-  
rum pro ere-  
ctione semina-  
rii episc. palis  
deficientis in  
civitate contra  
votum concilii  
Tridentini.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecit venerabilis frater noster Antonius episcopus Urbevetanus, quod seminarium episcopale tantopere a concilio Tridentino demandatum, ac volitum adhuc in civitate Urbevetana minime reperitur; neque spiritualibus dictæ civitatis, ejusque diœcesis necessitatibus in eligendis iis, qui animarum curam exercere, et Christifidelium confessiones audire valeant, satis consultum videtur, ope commutationis ultimæ voluntatis quondam Mutii Cappelletti a fel. rec. Paulo pp. V. prædecessore Nostro per suas in simili forma Brevis die xx. julii MDCXIV. expeditas literas præscriptæ; etenim cum tres tantum ex loco Alleronæ patria ipsius Mutii testatoris in illius domo, seu collegio nuncupato admitterentur cives, ac pro tempore existentes episcopi Urbevetani sumptibus etiam sui cleri, aut totidem, aut sex alios adolescentes itidem detinere valuerint, id profecto spiritualibus ejusdem civitatis, ac totius diœcesis necessitatibus minime satis esse dignoscitur; cum sicut eadem expositio subjungebat quoties ædes, bona, et redditus collegii suppressæ societatis Jesu jam in dicta civitate existentis pro seminario hoc erigendo assignentur, et applicentur, tot necessitatibus provisum sane videretur; Nobis propterea ipse Antonius episcopus humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Assignantur  
pro erectione  
bona suppressæ  
congregatio-  
nis Jesu, et  
alii redditus a  
communitate  
præstandi.

§. 2. Nos igitur eundem Antonium episcopum specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de dilectorum filiorum S. R. E. cardinalium congregationis super negotiis suppressæ societatis Jesu a Nobis deputatæ con-

*Bull. Rom. Tom. IV.*

silio ecclesiam, ædes, una cum mobilibus, et suppellectilibus omnibus, etiam argenteis, et bibliotheca dicti collegii extinctæ societatis Jesu in civitate prædicta Urbevetana existentis, ad effectum constituendi, eligendi, et fundandi ibidem seminarium episcopale, auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et assignamus. Huic autem novo seminario, præter annuam contributionem scutorum centum viginti a clero de more præstandam, bona etiam quæcumque ipsius suppressi collegii in dicta diœcesi Urbevetana tantum, et non alibi existentia, nec non annuam præstationem scutorum tercentum quinquaginta a communitate, et hominibus dictæ civitatis dudum, anno videlicet MDCLXXXVII. approbante fel. rec. Innocentio pp. XI. prædecessore Nostro pro scholis publicis eidem collegio assignatam, atque collegium Cappelletti nuncupatum a memorato Paulo V. prædecessore Nostro anno MDCXIV. per suas literas prædictas, ut præfertur, erectum, una cum omnibus suis bonis, juribus, mobilibus, annexis, et connexis, scripturis, et pertinentiis quibuscumque anni forsan redditus scutorum quatuorcentum quinquaginta monetæ, auctoritate, et tenore prædictis unimus, annectimus, et incorporamus.

§. 3. Volumus autem, atque præcipimus, ut ecclesia prædicta debitis non fraudetur obsequiis, sed in ea congrue supportentur onera consueta, ac in ædibus novi seminarii, ut prius, habeantur scholæ pro literarum rudimentis grammatica, humanioribus literis, rethorica, philosophia, et theologia morale, totidem ad id constitutis magistris a dicto Antonio nunc, et a pro tempore existente episcopo Urbevetano, private eligendis, et nominandis quot in suppresso collegio easdem facultates docebant; atque præterea mandamus, ut in ipso novo seminario continuo alantur tres juvenes ad nominationem communitatis Alleronæ, quemadmodum alebantur in collegio Cappelletti literis, et pietatis imbuendi, et quatuor alumni necessariis requisitis præditi ad nominationem dilectorum filiorum magistratus Urbevetani in compensationem dictæ annuæ præstationis scutorum tercentum quinquaginta, ultra commodum publicarum scholarum; ab eodem vero magistratu alumnorum hujusmodi nominatio, omni postposita dilatione, tunc fieri potest, et alumni ab eo nominati admittendi erunt in novum seminarium, statim ac illud a memorato Antonio erectum fue-

Indignantur  
ouera a semi-  
nario ferenda.

N n n n



rit, annuamque præstationem hujusmodi tercentum quinquaginta scutorum a die prima currentis mensis januarii pro rata trimestri quolibet anticipate persolvendam esse decernimus, et declaramus.

Consultitur ad-  
ministrati-  
onem poporum.

§. 4. Bona insuper collegii Cappelletti prædicti sic per præsentem, ut præfertur, uniti, volumus, et statuimus, quod, ut prius administrarentur a deputatis dictæ civitatis sub directione tamen dicti Antonii episcopi, ejusque pro tempore in episcopatu hujusmodi successorum, cui, seu quibus quolibet anno ab eis rationes reddendæ erunt juxta etiam antiquas resolutiones. Præterea mandamus, ut dictæ bibliothecæ usus publice pateat, iis modis, qui a memorato Antonio episcopo præscribentur, atque ut post præsentium Nostrarum literarum publicationem alumni dicti collegii Cappelletti ad novum episcopale seminario debeant transire. Sumptibus tamen ejusdem novi seminarii pro nunc alendi erunt duo septuagenarii individui suppressæ societatis hujusmodi a dicta congregatione per Nos deputata designandi.

Clausula sub-  
blata, et decre-  
tum irritans.

§. 5. Decernentes ipsas præsentem literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiti debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari.

Derogatio con-  
trariorum.

§. 6. Non obstantibus tam memorati ipsius Pauli prædecessoris, aliisque rec. mem. Urbani pp. VIII. itidem prædecessoris Nostri die xxii. maii anni MDCXXV. expeditis literis, quibus quoad præmissa omnia specialiter, et expresse derogamus, quum aliis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis nec non dictæ civitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse de-

rogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima quinta januarii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto pontificatus Nostri anno quinto.

CCLXXXII.

Dat. dis  
17. januarii  
1774.  
Anno V.

Allocutio habita in consistorio secreto pro gratiarum actione in recuperatione possessionis Avenionis, comitatus Venaissini, Beneventi, et Pontis Curvi.

Venerabiles fratres.

§. 1. Cum ex maximis lætitiæ Nostræ causis, quas hoc tempore vobis declaraturi sumus, facile intelligere possimus, quantus futurus sit jucunditatis vestræ sensus, libentissime easdem vobiscum communicamus, venerabiles fratres, atque etiam ex hoc ipso gaudio vestro magnum Nobis ad voluptatem cumulum accessurum agnoscimus. Ad ineundam pristinam Nostram Avenionis, comitatus Venaissini, Beneventi, et Pontis Curvi possessionem carissimi in Christo filii Nostri Ludovicus Galliarum rex christianissimus, et Ferdinandus utriusque Siciliae et Hierusalem rex illustris Nos ultro compellunt, et tanquam sua ipsi manu amantissime inducunt. Nemo unquam tanta cupiditate in suis amplificandis fortunis fuit, quanta alacritate, atque animi magnitudine jura, resque Ecclesiæ ad Nos ipsi defecerunt. Consiliorum omnium ac summæ in Nos pietatis societate cum illis conjunctissimus est carissimi item in Christo filii Nostri Caroli catholici Hispaniarum regis animus, magnis Nobis antea semper, sed nunc maximis atque amplissimis amoris indicis perspectus. Nos quidem in hanc spem jampridem veneramus, fore, ut omnino sua huc ipsos religio, sapientia, æquitas adduceret. Atque, ut omnem cogitationum Nostrarum rationem vobis aperiamus, propterea Nobis neque instandum atque urgendum, ac ne agendum quidem cum illis unquam duximus. Integram hanc illis laudem reservandam arbitrati sumus. Suo illos studio, sui animi præstantia, pacis cupiditate, Nostri etiam amore, quam flagitatione, ac precibus impelli malebamus. Uberiorem putabamus illorum inde gloriam, et Nostram pleniorum voluptatem exituram. Peropportune accidit, ut illis in Nos jam incli-

Laudes Ludovici Galliarum regis christianissimi; Ferdinandi utriusque Siciliae, et Hierusalem regis; et Caroli Hispaniarum regis catholici, qui adjuvantes præbuere manus pro reintegratione sanctæ Sedis in sua possessione.

natis dilectissimi in Christo filii Nostri Ferdinandi regii Hispaniarum infantis summa pietas permagno ad hæc perficienda momento fuerit. Allatum ad Nos erat clarissimorum regum consanguineorum suorum redintegratam erga illum esse gratiam. Lætitiâ illius causa, quem ob eximias virtutes summopere diligimus, tunc a Nobis susceptam extemplo eisdem cum singulari gratulatione testati sumus. Hoc officio Nostro perspectum optimis regibus fuit, quanto rerum omnium, quæ ad illos pertinerent, quanto pacis etiam, concordiaque studio teneremur. Cum vero præstantissimus juvenis tantopere sua causa Nos gavisos videret, pro eximia sua gratissimaque voluntate similis Nobis navandæ operæ, officiique præstandi miro ardore exarsit. Sua ipse sponte, suoque judicio cum avo patre, ac patruo summa contentione egit, ut, quantum Nobiscum animo ac pietate essent conjuncti, re ipsa declararent. Maximas tum illi, qui id Nobis perscripserat, gratias egimus, ac reges ipsi tantopere sunt hac illius virtute delectati, atque eodem in Nos studio excitati, ut, quod antea cogitaverant, statim salvis, atque integris Ecclesiæ rebus ad Nos deferendis, quam præclara voluntate in Nos essent, palam omnibus facerent. Nunc igitur eodem una omnes animo hanc ipsam rerum Ecclesiæ incolumitatem, quasi certissimum quoddam pignus pacis mutuaque inter Nos concordia statuunt. Neque enim solum positas esse ac deletas volunt suspiciones omnes cujuscumque, quæ antea intercesserit, simultatis, sed etiam confirmatam atque auctam mirificæ inter Nos benevolentia, atque amoris conjunctionem. Lætandum Nobis quidem magnopere est, atque eo uberius lætandum, quo magis sancte pieque tueri jura, ditionemque Ecclesiæ debemus, ut, quæ a majoribus accepimus, salva, atque integra posteris nostris transmittamus. Sed nullas majores gaudii Nostri causas habere possumus, quam cum hanc ipsorum regum pietatem, animique præstantiam intuemur. Non in opibus atque copiis, sed in legum æquitate ac virtute summam regni gerendi laudem, veramque ac solidam utilitatem sitam esse existimant. Se potestate sua egregie usos arbitrantur, si illius imperio pareant, cujus beneficio imperii dignitatem acceptam referunt, si illius gloriam augeant, si domum Domini suo præsidio tueantur, si denique Jesu Christi speciem, cujus vicariam auctoritatem licet immerentes sustinemus, in

*Bull. Rom. Tom. IV.*

Nobis colant ac diligant. Ab hujusmodi animorum inductione cum perfecta sit tam præclara eorundem actio, religionis, æquitatis, sapientia, in Nos amoris plenissima, maximam illi quidem ad cætera decora atque ornamenta gloriae accessionem faciunt, ac jure sibi plausus omnium vindicant, qui virtutis ac pietatis pulchritudinem sentiunt. Sed quæ nostra erga optimos reges studia esse debent? quæ grati animi significatio eximiae eorum in Nos voluntati par esse potest? Semper illos quidem pro suis majorumque suorum singularibus in Ecclesiam meritis summa benevolentia prosecuti sumus. Magnis et plurimis causis inducti fuimus, cur in illos omnia paternæ charitatis officia conferremus. Dignitate ac potentia inter maximos Ecclesiæ filios sunt. Florentissimæ Ecclesiæque fidissimæ nationes eorum dominatu, atque imperio contineantur. In religionis sanctitate atque obsequio populos suis ipsi et legibus et exemplis retinent. Sed hæc omnia pietatis ac sapientia exempla inclusa esse atque comprehensa videri possunt hoc pulcherrimo facto, quod sane (ut optima quæque rarissima sunt) eo difficilius ac præclarius existimari debet, quo justius est, atque ab omni cupiditate sejunctius. Hoc velut religionis, siquæ in Nos amoris posito monumento, mirum in modum Ecclesiæ dignitatem, Sedis apostolicæ observantiam, omnium in Nos studium augeat, atque una suam ipsi potestatem muniunt, atque confirmant. Neque enim regna atque imperia ulla vi, et timore tantopere munita, ac vallata esse possunt, quam si religionis institutis, quæ vera sunt regnandi fundamenta, si divina auctoritate, ac præceptis, quæ Ecclesiæ opera ac ministerio in populorum animos influunt, constituta ac roborata sint. Ita ipsi suæ potestati optime consulunt, cum eandem arctissime cum religionis et Ecclesiæ rationibus colligatam esse volunt.

§. 2. Tam præstantibus eorum in Nos animi indicibus devincti mirifice commovemur, venerabiles fratres, et mutuo atque incredibili quodam erga illos paternæ charitatis ardore incendimur. Ad hæc nostra acrius excitanda studia accedunt peregrina in Nos merita, cum eorum, quorum in maximis regni gerendis rebus præcipua utuntur opera, tum quos consiliorum suorum apud Nos habent ministros. Qui omnes regum ipsorum voluntati obsecuti, eorumque pietatis exemplo incitati, et suam illis fidem, industriam, prudentiam, et Nobis

Gratiarum actio.

N n n n 2

singularem in sanctam hanc Sedem animum probaverunt. Quapropter illis item plurimum a Nobis deberi, eosque magnopere diligi, et eorum etiam causa augeri summa Nostra erga reges ipsos officia profitemur. Carissimis itaque filiis Nostris, etsi datis ad eos literis, quas maximas potuimus, gratias egimus, pares tamen ut referamus, quam aliam meliorem invenire rationem possumus, quam si pro illis vota Nostra, easque, quarum in Ecclesia maxima vis est, divinæ clementiæ conciliatrices atque auspices preces omni animorum contentione adhibeamus? Summum igitur apostolatus nostri conditorem Deum, ac Dominum nostrum Jesum Christum assidue flagitemus, ut, quam etiam in mortalis hujus vitæ cursu tribuere mercedem solet optimis, de seque præclare meritis regibus, eandem illis amplissime referat cum secundissimo rerum omnium successu, regni, ac liberorum, regiæque domus prosperitate, ac diuturnitate conjunctam. Sed huic ipsi summo præstantium consiliorum, factorumque omnium auctori, per quem potentes decerunt justitiam, præsertim immortales agenda sunt gratiæ. Nunquam ille Ecclesiæ suæ præsidium ac tutelam deserit; et si aliquando, ut vigilantiores, suæque ac suorum incolumitatis studiosiorem faciat, agitari illam, turbarique sinit; demum pacis et tranquillitatis suavitate omnem præteriti mœroris molestiam abstergit. Ille sacerdotii itemque imperii jura instituit, atque inter religionis ac regnorum moderatores magnam necessitudinem intercedere voluit; et posuit consilium pacis inter illos, quo una ad divinæ gloriæ incrementum, quæ rerum humanarum est finis, inserviant. Divinum itaque hunc pacis largitorem obtestemur, ut voluntatem hanc suam Nostris hisce temporibus ratam ac firmam, et hoc præclarum concordiæ munus Nobis perpetuum esse velit, ut ex hac mutua Nostra conjunctione optatissimi exitus, atque ad animarum salutem, ad Ecclesiæ utilitatem, ad eorundem regum felicitatem uberrimi cumulatissimique fructus derivent. Quo facilius hæc divinæ gratiæ munera obtineri a Nobis possint beati Petri Ecclesiæ, ac sacerdotii nostri ducem, custodem, ac præsidem, et seraphicum patrem Franciscum, cujus in disciplina instituti sumus, et præsidium paratissimum semper sensimus, Nobis patronos, atque adjutores adjungamus. Proinde et nunc in ss. xii Apostolorum templo, ad quod ex hoc ipso consensu perrecturi sumus, et crastina die in Va-

ticana basilica post solemnia apostolicæ s. Petri cathedræ sacra de more celebrata, vestris una Nobiscum conjunctis precibus summas Deo O. M. gratias et laudes referemus, et ab eodem Ecclesiæ tranquillitatem, et ipsis regibus omnem gloriæ ac felicitatis amplitudinem postulabimus. Qua obsecrationum opportunitate Nos paterna Nostra erga ceteros etiam potentissimos, Nobisque carissimos in Christo filios studia inducant, ut eos item eorumque imperia ac regna precibus nostris comprehendamus. Cum ad omnes catholici orbis partes oculos convertimus, illosque suam regnandi rationem a religionis et justitiæ institutis repetere intuemur, tanto acrius inflammamur ad perpetua ac summa quæque ipsis imploranda cœlestis clementiæ beneficia ac præsidia, quanto uberius atque constantior, iis omnibus pro divina gloria, et christianæ reipublicæ utilitate consentientibus, Nostra debet esse atque universæ Ecclesiæ jucunditas. Ad hæc pietatis exempla cum publicæ etiam lætitiæ vestræ significationes accedent, magnopere ceteros omnes ad similem et pietatis, et hilaritatis imitationem excitabitis.

## CCLXXXIII.

Extensio constitutionis Clementis XIII. super extrahendis delinquentibus a loco immuni in ditione Karoli Theodori comitis palatini, et principis S. R. I. electoris ad tractum Rheni.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **A**lias a felicis recordationis Clemente pp. XIII. prædecessore Nostris emanarunt literæ sub plumbo tenoris qui sequitur videlicet.

Clemens episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Inter graviores apostolicæ sollicitudinis curas, hanc etiam semper suscipiendam merito censuerunt prædecessores Nostri romani pontifices, ut et ecclesiarum, sacrorumque locorum immunitatem, pro debito divinæ majestatis honore tuerentur, et simul pravus perditorum hominum consilii obsterent, ne ecclesiastici confugii præsidio abutentes, publicam, privatam-

Dat. die  
21. januarii  
1774.  
Anno V.

Tenor constitutionis Clementinæ, quæ confirmatur, et ampliatur.

que tranquillitatem, atque securitatem majori confidentia, et audacia turbare præsumerent. Itaque plura opportuna sanxerunt, tam super qualitate criminum, quibus asylum apud ecclesias, et loca sacra impunitatem nullatenus præstare noluerunt, quam super forma, et methodo, qua ejusmodi criminum reos ex loco immuni extrahi, et competentibus iudicibus ad pœnam tradi liceret, nunc generalibus editis legibus, nunc peculiaribus concessis indultis, prout alias, atque alia ratio, et temporum, et regionum, et morum postulare videbantur. Horum laudabilibus vestigiis insistendum Nobis esse reputantes, quam sa. me. prædecessori Nostro Benedicto papæ XIV. ex parte dilecti filii nobilitis viri Karoli Theodori comitis palatini Rheni, et sacri romani imperii principis electoris supplicatum fuerit, ut pro extrahendis e loco immuni, custodiendisque exceptorum criminum reis, pro subjectarum sibi regionum, et locorum conditione, et exigentia, certas providentias ab ipso, ejusque gubernii administris, com ordinarii ecclesiastici scientia, et assensu excogitatas, probare, et suprema sua apostolica auctoritate per ipsius Karoli Theodori ditionis tractum futuris temporibus observandas statuere dignaretur; cumque præfatus prædecessor moderni Nostri, tunc sui, et apostolicæ Sedis nuntii ad tractum Rheni, relationem, simulque ejusdem, et venerabilis fratris episcopi Wormatiensis vicariatus in iis partibus constituti, sententias super iisdem audiendas sibi esse duxerit, sed morte præventus, ea, quæ cogitaverat, statuere, atque præscribere non valuerit. Nunc autem Nobis in Sede beati Petri divina voluntate constitutis novæ porrectæ fuerint preces ejusdem Karoli Theodori comitis, et principis electoris petentis, ut ad negotii hujusmodi, definitionem, et terminationem juxta modum iudicio Nostro magis benevisum procedere dignaremur. Nos, omnibus mature perpensis, prædictum Karolum Theodorum comitem, et principem electorem de catholica religione, et apostolica Sede optime meritum specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, ac certa scientia, et apostolicæ auctoritatis Nostræ plenitudine præsentium literarum tenore decernimus, statuimus, et mandamus, ut pro reorum extractione e locis immunibus, eorumque parata assecuratione, et custodia, in locis ejusdem ditioni, ac dominio subjectis, infrascriptæ leges, et

conditiones in posterum observentur, et pro constanti, et inviolabili norma habeantur.

§. 2. Et primo quandoquidem in oppido, seu civitate Manhemij erecta jam, et instructa reperitur quædam correctionis domus sub titulo, et invocatione sancti Michaelis archangeli, in eaque plures adsunt nuper constructi, apteque dispositi carceres quum dictus comes, et princeps elector certum aliquem ex hujusmodi carceribus ad infrascriptos effectus ordinarii ecclesiastici jurisdictioni addicendum, et subiiciendum proposuerit. Nos hanc oblationem, et respective additionem, et subjectionem approbamus; ita videlicet, ut per solemnem actum in forma juris valida fiat, exindeque carcer hujusmodi a cæteris distinctus ut pote carcer ecclesiasticus, atque a laicali potestate exemptus, et immunis; diœcesani loci, Wormatiensis nimirum episcopi, ejusque vicariatus jurisdictioni, et auctoritati omnino subjectus sit, et habeatur, ejusque carceris custodes, et ministri, in his, quæ ad hujusmodi custodiam, et ministerium pertinent, non quidem laicalibus magistratibus, iudicibus, et tribunalibus, sed dicto episcopo, ejusque officio, et vicariatu omnino parere teneantur. Quum autem contigerit delinquentem quemlibet laicum ad ecclesiam aliumque locum immunem in præfati Karoli Theodori comitis, et principis electoris ditione constitutum confugere, si quidem is publica voce, et fama reus argnatur ejusmodi criminis, cui juxta canonicas sanctiones, et apostolicas constitutiones, ecclesiasticæ immunitatis præsidium denegatur, satis id esse et fore declaramus, ut ad illius extractionem procedatur, per ministros curiæ laicalis, prævia tamen semper licentia, seu facultate in scriptis obtinenda, et concedenda a superiore ecclesiastico, seu ab alia persona ad id, et infra deleganda, et cum interventu, et præsentia ecclesiasticæ personæ per eundem superiorem, seu alium ad id delegatum deputandæ ad hoc, ut extractio hujusmodi cum debita modestia, et sine populi scandalo perficiatur.

§. 3. Itaque quibus in locis residet episcopus, vel ejus vicarius, seu officialis generalis, ab ipsis omnino memorata extrahendi rei licentia petenda, et obtinenda, simulque ab ipsis designanda erit persona ecclesiastica, quæ peragendæ extractioni intersit; quibus autem in locis, nec episcopus residet, nec ejus vicarius, seu officialis generalis, licen-

Erectio domus sub invocatione s. Michaelis archangeli in carcerem ecclesiasticum sub jurisdictione episcopi.

Regule servandæ super concessione licentiæ pro extractione reorum.

tia hujusmodi concedi, ac deputatio fieri respective debent a vicariis foraneis, hisque deficientibus, a parochis locorum, quos scilicet vicarios foraneos atque parochos, episcopus, semel in conferendo singulis eorum officio, vigore specialis facultatis, sibi ab apostolica Sede, et a Nobis per præsentes tributæ, ad hujusmodi licentias concedendas, deputationesque faciendas irrevocabiliter delegabit.

Quibus in casibus tenetur episcopus licentiam pro extractione concedere.

§. 4. Ipse vero episcopus, ejusque vicarius generalis, seu officiales, dictique respective vicarii foranei, et locorum parochi, ut supra delegati, quoties fuerint a curia sæculari requisiti, ac statim ac intellexerint, eum, qui ad sacri loci immunitatem confugit, de crimine excepto insimulari, non alio requisito ad id argumento, seu indicio, quam quod exsurgit ex ipso confugio in locum immunem, cum publica aliqua patrati delicti fama conjuncto, nulla interposita mora, licentiam præfatam in scriptis concedere, ac personæ ecclesiasticæ deputationem respective peragere debent, hac tamen lege, ut si extractio rei, sola vicarii foranei, aut parochi auctoritate fiat, de ea quamprimum certior reddatur episcopus, vel ejus vicarius generalis.

Quo in casu reus ad locum immunem sit restituendus.

§. 5. Hujusmodi autem reum e loco immuni, præmissa ratione, extractum ad ecclesiasticum carcerem superius designatum illico deducendum, ibique custodiendum fore decernimus, nomine ecclesiæ, et sub omnimoda dispositione episcopi, quoad usque idem episcopus, vel alius ab eo ad id deputatus, **DE INDICIIS A SÆCULARI CURIA ALLATIS**, satis cognoverit, et sententia sua in scriptis proferenda declaraverit: *constare, aut non constare de crimine excepto*, et quidem pronunciaverit, *constare* debet ecclesiasticus iudex hujusmodi reum curiæ seculari libere tradere, addita consueta protestatione, *de qua in cap. prelati de homicidio in sex*: contra vero si contingat, eundem pronunciare *Non constare de crimine excepto*; reus jussu episcopi ad locum immunem, unde eductus fuerat, omnino restituendus erit.

Distinctio servanda inter reos sæculares, et ecclesiasticos.

§. 6. Hanc denique Nostram, et apostolicæ Sedis indulgentiam, sive concessionem semper quoad solos laicos, nunquam vero quoad clericos, et ecclesiasticas personas, quæ præter immunitatem localem, personalis quoque immunitatis privilegio gaudent, factam datamque intelligi volumus, atque ita religiose servari, et custodiri mandamus, et quidquid secus, ac contra superius

præscriptam formam, in præjudicium ecclesiasticæ immunitatis fuerit attentatum, ex nunc irritum prorsus, et in hanc, nulliusque roboris, vel momenti esse, et fore: contrafacientes autem, et alias pœnas a sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis adversus violentes jurisdictionem, et immunitatem ecclesiasticam inflictas incurrere decernimus, et declaramus.

§. 7. Præsentes demum literas, et in eis contenta hujusmodi omnino valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus in locis prædicti Karoli Theodori comitis, et principis electoris dominio subjectis, sortiri, et obtinere, et ab omnibus, et singulis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit plenissime observari; sicque, et non aliter in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuncios, aliosque quoslibet quavis præeminentia, et potestate fungentes, ac functuros, sublata eis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere volumus, et decernimus.

Sanctio constitutionis Clementinæ.

§. 8. Non obstantibus quibuscumque apostolicis, ac in universalibus, provincialibus, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, necnon ecclesiarum, et locorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, stylis, usibus, et consuetudinibus etiam immemorabilibus; privilegiis quoque indultis, et facultatibus sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis, etiam motu proprio, seu scientia, et potestatis plenitudine similibus, vel alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi præsentibus pro plene, et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Volumus autem, ut elapsis trigiata diebus, postquam præsentibus literæ per dominium, et ditiones præ-

Publicatio.



dictas per ordinarios locorum publicatæ fuerint, omnes, et singulos in dominio, et ditione prædictis existentes perinde arcent, ac si unicuique eorum personaliter, ac nominatim intimatæ fuissent, atque earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, et extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum approbationis, facultatum, impertitionis, declarationum, decretorum, mandatorum, derogationum, et voluntatum infringere, seu eidem ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quinquagesimo octavo, pontificatus Nostri anno primo.

Extensio constitutionis ad omnia loca ditionis electoris.

§. 10. Nuper autem pro parte ejusdem Karoli Theodori comitis, et principis electoris expositum Nobis fuit, quod licet præinsertæ memorati Clementis prædecessoris literæ in suo palatinatu publicatæ, et executioni demandatæ fuerint, ipse tamen in reliquis locis suo dominio subjectis eas publicas reddere minime putavit: etenim cum loca prædicta sita sint in pluribus inter se diversis diœcesibus totidem archiepiscoporum, sive episcoporum, ac in literis prædictis mentio tantummodo facta reperitur ordinarii Wormatiensis, qui adamussim talis est relative ad oppidum, seu civitatem Manhemii, hinc aliæ nonnullæ curiæ ecclesiasticæ haud merito crediderunt, quod præinsertæ literæ privative directæ, atque commissæ fuissent solo ordinario Wormatiensi, itaut ad reliquas alias curas prædictas earum publicatio minime pertineret. Præterea cum pauca sint ea loca ditioni, et dominio ipsius Karoli Theodori comitis, et principis electoris subjecta, in quibus ecclesiasticæ curiæ proprios habeant carceres, hinc evenit, quod, sicuti rei post illorum extractionem a loco immuni transferri debent ad carcerem ecclesiasticum, ut ibi custodiantur usque ad editionem sententiæ super crimine excepto, ita hoc exequi minime valeat, propter ecclesiastici carceris deficientiam, qua de re neque immediate deveniri potest ad extractio-

nem delinquentium, eorumque promptam capturam.

§. 11. In hoc itaque statu rerum, ad tutiorem reddendam publicam tranquillitatem, et quietem, idem Karolus Theodorus comes, et princeps elector, qui jam alias per Nostras in simili forma Brevis expeditas literas constitutionem Clementis pp. XIII itidem prædecessoris Nostri, cujus initium est = In supremo justitiæ solio = ad loca suorum dominiorum ampliari, atque extendi obtinuit, ita quoque extensionem, atque ampliationem præinsertarum literarum ipsius Clementis prædecessoris ad omnia pariter suæ ditionis loca nimis necessariam agnoscit, atque præterea, ut procul absit quæcumque difficultas super executione, et interpretatione præinsertarum literarum, plurimum desiderat; eas, quatenus opus sit a Nobis confirmari, simulque declarari, quoscumque status, ducatus, et regiones, quæ ejus dominio subjecta reperiantur, in quacumque diœcesi existentes sub eisdem præinsertis literis, earumque executione comprehensa esse, atque illis etiam locis, in quibus ecclesiastici carceres non reperiuntur, ita easdem præinsertas literas exequi posse, ut, extracto reo a loco immuni, ipse transferendus sit ad carceres laicos, cum declaratione tamen a ministris laicis legitime peragenda, eundem reum retinendi, et custodiendi nomine Ecclesiæ inclusive usque ad sententiam declarantem constare de crimine excepto, atque cum eorumdem ministrorum legitima, ac valida obligatione restituendi ipsum reum ad eundem locum immunem, unde extractus fuit, in casu, quo superveniat sententia, qua declaretur, non constare de crimine excepto.

§. 12. Nos igitur, auditis super præmissis relationibus, et voto venerabilis fratris Joannis Baptistæ archiepiscopi Iconiensis ad tractum Rheni Nostri, et apostolicæ Sedis nuntii, ac attentis ipsius Karoli Theodori comitis, et principis electoris erga catholicam religionem, et sanctam romanam Sedem meritis, præinsertas memorati Clementis XIII prædecessoris literas ad ejus preces pro coercendis ecclesiastici asyli abusibus editas ratas habendo, auctoritate apostolica tenore præsentium, quatenus opus sit, confirmamus, et approbamus, ac præterea declaramus, et volumus, eas observandas, et exequendas esse in omnibus, ac singulis urbibus, statibus, locis, ac territoriis quavis sub diœcesi comprehensis, ejusdem tamen

Preces porrectæ pro nova declaratione, et concessionis executione.

Constitutionis observantia, et executio præcipitur in omnibus urbibus, statibus, locis, et territoriis, cujuscumque diœcesis comprehensis in dictione electoris.

Karoli Theodori comitis, et principis electoris ditioni, et dominio subjectis: ita cæteroquin, ut primum omnium in urbibus, statibus, locis, ac territoriis, et respective diocæsisibus hujusmodi, in quibus non est quidem carcer ecclesiasticus, sed est tantummodo carcer laicalis, adsignari, si commode fieri poterit, de eodem carcere laicali debeat situs, ac locus in quem traduci, et custodiri valeant rei laici juxta præinsertas literas ab ecclesiastico confugio, et asylo extrahendi, prout in oppido, seu civitate Manhemii assignatus fuit, per actum scilicet emittendum in forma juris valida, atque ita ut situs, et locus iste distinctus omnino sit, et habendus tamquam carcer ecclesiasticus, et a laicali potestate prorsus exemptus, et subjectus, imo una cum carceris custodibus, et ministris in his, quæ ad ejusmodi custodiam, et ministerium attingunt, illi ecclesiastico ordinario, intra cujus jurisdictionis fines rei prædicti asyllum elegerint, atque unde erunt extrahendi. Quatenus vero in prædictis urbibus, statibus, locis, et territoriis, ac respective diocæsisibus, in quibus deest carcer ecclesiasticus, nec etiam poterit commode de laicali carcere specialis, ut supra, situs, ac locus adsignari pro reis laicis juxta præmissa ab ecclesiastico asylo extrahendis; tunc suis quibusque casibus, temporibus, et contingentiis, et juxta pariter præinsertas literas, extrahendi rei valeant retineri, et custodiri in laicali carcere nomine ecclesiæ, ac vice, et loco ecclesiastici confugii, et asyli, et ad dispositionem ecclesiastici superioris: in iis tamen, quæ attingunt ad leges, formam, et modum extractionis reorum, ac tempus eorum retentionis, et custodiæ, et respectivè restitutionis, ac in reliquis omnibus, easdem præinsertas ipsius Clementis XIII prædecessoris literas servandas esse auctoritate, et tenore prædictis volumus, et mandamus.

§. 13. Decernentes ipsas præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, ac apostolicæ Sedis nuntios, aliosque quoslibet, quavis

præminentia, et potestate fungentes, ac functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 14. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quæ in eisdem præinsertis literis concessa sunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentium literarum transumptis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima prima januarii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Derogatio contrariorum.

#### CCLXXXIV.

Concessio indulgentiæ plenariæ lucrandæ occasione capituli generalis celebrandi a fratribus ordinis Servorum beatæ Mariæ virginis in conventu sancti Marcelli de urbe.

#### Clemens PP. XIV.

Universis Christi fidelibus præsentis literas inspecturis salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. Cum, sicut accepimus, capitulum generale fratrum ordinis Servorum beatæ Mariæ virginis in ecclesia, seu conventu sancti Marcelli de urbe fratrum dicti ordinis die vicesima prima mensis maii benedicente Domino celebrandum sit; Nos, ut opus tam pium majori cum fructu fiat, et ad augendam fidelium religionem, ac animarum salutem cælestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, omnibus utriusque sexus Christi fidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communionem refectis, qui prædictam sancti Marcelli, vel aliquam ex ecclesiis conventuum fratrum ordinis hujusmodi ubicumque existentibus prædicta, ac singulis actualis illius celebrationis diebus devote visiterint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione

Dat. die  
22. januarii  
1774.  
Anno V.

Tenor, et leges concessionis.

Clausula sublata, et decretum irritans.

ne, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pijs ad Deum preces effuderint, plenariam per unumquemque Christifidelem semel tantum lucrificandam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus post celebrationem dicti capituli generalis minime valituris.

Fides habenda  
transumptis.

§. 2. Volumus autem, ut si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentibus nullæ sint; utque præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ, vel procuratoris generalis dicti ordinis munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima januarii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto pontificatus Nostri anno quinto.

CCLXXXV.

Dat. die  
24. Januarii  
1774.  
Anno V.

Suppressio conventus Podii Catini ordinis minorum sancti Francisci Conventualium, et applicatio honorum conventui sancti Valentini Podii Mirteti ejusdem ordinis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam

Expositio præ-  
cum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius moderatus minister provincialis ordinis minorum sancti Francisci Conventualium nuncupatorum provinciæ Romanæ dicti ordinis, quod in constitutione Urbana nuncupata ejusdem ordinis cap. VI. reg. tit. V. numero primo præscriptum est ut sequitur, videlicet = Quoniam in conventibus, seu locis, in quibus ad minus quatuor fratres commode ali nequeunt, regularis disciplinæ, ac religionis instituta servari non possunt; ideo decernitur, districtèque præcipitur, ut conventus, seu loca hujusmodi quæ quatuor ad minus fratres alere non valent, cum omnibus suis bonis tam mobilibus, quam immobilibus, ac etiam juribus, et privilegiis, aliisque immunitatibus, et gratiis quibuscumque,

Bull. Rom. Tom. IV.

vicinioribus conventibus applicentur, neque in his fratres nostri commorari ulatenus præsumant = Quamvis itaque inter alios conventus, qui suppressi fuerunt vigore literarum felicis recordationis Innocentii pp. X sub plumbo anno incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo quinquagesimo secundo idibus octobris editarum, suppressus quoque extiterit conventus in loco Podii Catini existens ejusdem ordinis minorum Conventualium, postmodum tamen, anno nempe 1758 eidem ordini restitutus fuit, quandoquidem tunc in humanis ageas Franciscus Maria Ottaviani integram suam hæreditatem donavit, seu reliquit dicto ordini, propter hanc ipsam restitutionem, idemque ordo suum ad id assensum præstiterit, quia bona hujusmodi, ut præfertur relicta, putabatur, quod alimonie, seu manutentioni perpetuæ sex fratrum ipsius ordinis satis superque essent. Verum paulo post, exortis nonnullis admodum sumptuosis litibus super bonis prædictis stabilibus dictæ hæreditatis, ideoque deficientibus pluribus cambiis, et fructibus ab ipso Francisco Maria testatore relictis, atque præterea necessario contracto ære alieno tam pro ædificio, atque habitatione fratrum, quam pro expensis diuturnarum litium prædictarum, novus hic conventus Podii Catini in pauperiem ita redactus modo reperitur, ut ejus redditus juxta calculum Nobis exhibitum, ad alendos nedum quatuor, sed nec etiam duos fratres sufficiant. In hoc igitur rerum statu idem exponens conventum prædictum per Nos suppressi, illumque perpetuo juxta memoratam Urbanam constitutionem magis proximo conventui sancti Valentini Podii Mirteti cum omnibus ejus bonis, juribus, privilegiis et immunitatibus, ac scutis octingentis a dicto Francisco Maria testatore sibi ad effectum disponendi reservatis, atque a Nobis eidem conventui Podii Catini concessis, nec non cum translatione onerum, et legatorum, atque facultate alienandi ejus bona ad effectum investiendi illorum pretium, et filios ipsius ad alios conventus transferendi. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque da causa la-

Suppressio  
conventus, et  
applicatio ho-  
norum favore  
conventus s.  
Valentini Podii  
Mirteti.

O o o o

tis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censeates, hujusmodi supplicationibus inclinati, audita super præmissis relatione dilecti filii Nostri Francisci Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis Carafa nuncupati, memoratum conventum sub titulo, seu invocatione sancti Antonii abbatis dicti ordinis minorum Conventualium Podii Catini Sabiniensis diocesis auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium perpetuo supprimimus, et pro suppresso haberi volumus, et declaramus, illumque propinquiori conventui sub titulo, seu invocatione sancti Valentini Podii Mirteti abbatiæ sanctæ Mariæ Farfensis ordinis sancti Benedicti nullius diocesis in districtu urbis una cum omnibus ejus bonis stabilibus, et mobilibus, juribus, actionibus, privilegiis, hypotecis anterioritatis, et posterioritatis, nec non cujusvis generis immunitatibus, quibus dictus conventus Podii Catini modo potitur, et cum subingresso in omnibus et per omnia in ejus locum, atque cum confirmatione, et translatione favore memorati conventus sancti Valentini chirographi, seu rescripti Nostri die quinta junii 1771. editi super applicatione scutorum octingentorum, quæ dictus Franciscus Maria testator sibi ad effectum disponendi ante sui obitum reservaverat, auctoritate, et tenore prædictis perpetuo pariter unimus, annectimus, et incorporamus. Atque insuper omnia onera, et legata missarum, quibus obnoxius modo reperitur dictus conventus Podii Catini, quæque distincte Nobis in folio exposita fuerunt, integre in ecclesia, et altaribus dicti conventus sancti Valentini adimpleri, et satisfieri debere pari auctoritate, et tenore decernimus, et declaramus.

Licentia alienandi bonæ ab eoque decreto.

§. 3. Præterea facultatem vendendi, et alienandi bona modo possessa ab ipso conventu Podii Catini absque ullo decreto, et sine alia licentia, seu facultate, juxta occasiones sibi oblaturas, fratribus conventus sancti Valentini prædicti cum onere tamen investiendi eorum pretium in tot alia bona stabilia tuta, ac securâ auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus; fratresque, qui filii sint conventus Podii Catini hujusmodi una cum eorum antianitate ad affiliationem memorati conventus sancti Valentini transire debere volumus, atque statuimus.

Clausula subla-  
ta, et decre-  
tum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentibus literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et in-

tegras effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quâdocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus felicis recollectionis Pauli pp. II. de rebus Ecclesiæ non alienandis, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non, quatenus opus sit, dicti ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima quarta januarii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Derogatio con-  
trariorum.

CCLXXXVI.

Adsignatio annua triginta millium ducatorum de Velleon solvendorum ab iis, qui ad subsidium ecclesiasticum in regnis Hispaniarum tenentur pro rege catholico.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Alias Nos per Nostras in simili forma Brevis die xxvi. martii

Dat. die  
26. januarii  
1774.  
Anno V.

Desiderium  
catholici regis  
constituendi

annuam assignationem in locum emolumentorum percipiendorum in causis, aliisque negotiis tractandis a tribu-  
nali nuntiaturæ.

MDCCLXXI. expeditas literas novum tribunal Rotæ nuntiaturæ apostolicæ in regnis Hispaniarum erigendum, atque instituendum esse mandavimus, ac plura quoad ejusdem nuntiaturæ officiales auditorem nempe, seu assessorem, fiscalem, et abbreviatorem constituimus, atque præscripsimus, et alias prout in dictis Nostris literis, quarum tenorem præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus uberius continetur. Nuper vero pro parte carissimi in Christo filii Nostri Caroli earundem Hispaniarum regis catholici expositum Nobis fuit, quod ipse pro exitia sua pietate, ac singulari, quo pollet, administrandæ justitiæ zelo, modum per quem tam Rotæ hujusmodi tribunal, quam ministri et officiales prædicti eo, quo par est, decore conservari possint, illis suppeditare, eisque propterea annuam summam triginta millium ducatorum de Velleon monetæ illarum partium ab ecclesiasticis dictorum regnorum, ut infra, persolvendam, ita tamen, ut in posterum nulla prorsus emolumenta ab eis pro causis, et negotiis ibidem tractandis, definiendisque persolvenda sint, assignari plurimum desiderat.

Assignatio annuæ responsionis, et distributio illius inter contribuentes.

§. 2. Nos igitur ipsius Caroli regis pietatem, ac zelum plurimum in Domino commendantes, memoratam summam triginta millium ducatorum de Velleon anno quolibet ab omnibus iis, qui ad subsidium ecclesiasticum in dictis regnis tenentur, dilecto filio magistro Alphonso Clementi de Astrogui moderno, et pro tempore existenti commissario generali cruciatæ, subsidii, et excusati, seu personis ab eis deputandis persolvendam, habita proportione ejus quantitatis, quæ ab unaquaque ex ecclesiis dictorum regnorum titulo ejusdem subsidii solvi consuevit, in manutentionem, et conservationem ejusdem tribunalis, et ministrorum prædictorum erogandam, auctoritate apostolica tenore præsentium assignamus; et facultatem præterea venerabili fratri Aloisio archiepiscopo Cesareæ moderno, ac pro tempore existenti Nostro, et Sedis apostolicæ in dictis regnis nuntio, summam prædictam, quatenus opus sit, ipsique Carolo regi catholico visum fuerit, juxta datam sibi a Domino prudentiam ad alia quinque millia ducata similia, et non ultra extendendi, et ampliandi, dictoque Alphonso, ejusque in munere commissarii generalis hujusmodi successoribus eodem modo

supra expresso exigendi, et percipiendi auctoritate, et tenore prædictis tribuimus, et impertimur. Ac præterea eidem Alphonso, suisque successoribus prædictis potestatem, et auctoritatem per se, vel alios ab eo, et eis respective deputandos, non solum summam, seu summam præfatas ab eisdem ecclesiis, et ecclesiastico statu, servata proportione prædicta, ut præfertur, exigendi, sed etiam in thesaurariam ipsius cruciatæ immittendi, itant mense quolibet emolumenta eisdem ministris debita, una cum expensis dicti tribunalis inde persolvantur, et ex ratiocinaria cruciatæ prædictæ super his omnibus debita exacti, et impensi ratio appareat, et dignoscatur, auctoritate, et tenore similibus concedimus, et indulgemus.

§. 3. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales de latere legatos, et Sedis apostolicæ nuntios, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublitera, et decretum irritans.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus provincialibusque, et synodalibus conciliis æditis generalibus, vel particularibus ordinationibus, nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate, alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus cæterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrariorum.

Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die



vicesima sexta januarii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die  
28. januarii  
1774.  
Anno V.

CCLXXXVII.

Deputatio in commissarium apostolicum ad apprehendendam pristinam possessionem civitatis Avenionensis

Venerabili fratri Francisco Mariæ archiepiscopo Avenionensi.

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater salutem,  
et apostolicam benedictionem

Tenor deputa-  
tionis commis-  
sarii sanctæ  
Sedis pro ca-  
pienda posses-  
sione recupe-  
ratæ domina-  
tionis.

§. 1. **C**um ad ineundam pristinam Nostram Avenionis, comitatus Venaisini, Beneventi, et Pontis Curvi possessionem carissimi in Christo filii Nostri Ludovicus Galliarum rex christianissimus, et Ferdinandus utriusque Siciliae rex illustris Nos ultro compellant, et tamquam sua ipsi manu amantissime inducant; hinc est, quod Nos de eximia fraternitatis tuæ fide, prudentia, integritate plurimum in Domino confisi te in Nostrum, et apostolicæ Sedis commissarium, cum facultate per te, vel unam seu plures personas, quot opus fuerit, a te deputandas eandem pristinam possessionem civitatis Avenionensis, et comitatus Venaisini, ac pertinentiarum quarumcumque Nostro, ac Sedis prædictæ nomine apprehendendi, et apprehensam retinendi auctoritate apostolica tenore præsentium constituimus, et deputamus, tibi que quamcumque necessariam, et opportunam in præmissis, et circa ea facultatem eadem auctoritate harum serie concedimus, et impertimur. Ac præterea tibi quoque in civitate Avenionensi, et comitatu prædictis, nec non in illis adjacentibus Ebredunensi, Arelatensi, Aquensi, Viennensi, et Narbonensi provinciis, civitatibus, terris, et locis eisdem omnes, et singulas facultates, prærogativas, ac præeminentias, quas Nostri, et dictæ Sedis vicarii in spiritualibus et temporalibus generales, et vice-legati usque adhuc habuerunt, et illis usi sunt, donec alter a Nobis in eorum locum deputatus ad exercitium sui muneris per Nos sibi demandati isthic pervenerit, ad Nostrum, et Sedis prædictæ beneplacitum tribuimus, et indulgemus.

§. 2. Mandantes propterea omnibus ad quos spectat, ut te in commissarium apostolicum, a Nobis ut præfertur, deputatum recognoscant, ac reverenter recipiant, debitisque obsequiis, et reverentia prosequantur. Insuper ut quibuscumque negotiis, et causis criminalibus ad te occasione præmissorum deferendis, etiamsi exinde sanguinis effusio, membrorum mutilatio, ac etiam mors inde sequatur, tata conscientia, ac sine aliquo censurarum ecclesiasticarum incursum te immiscere libere, et licite valeas, dummodo a sententia in causa sanguinis per te ipsum ferenda omnino abstineas auctoritate, et tenore prædictis licentiam concedimus et impertimur. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima octava januarii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus nostri anno quinto.

Jurisdictio apo-  
stolice commis-  
sarii.

CCLXXXVIII.

Dat. die  
28. januarii  
1774.  
Anno V.

Deputatio in commissarium apostolicum ad apprehendendam pristinam possessionem civitatis Pontis Curvi

Venerabili fratri Hyacintho episcopo Aquinatensi, et Pontis Curvi

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater salutem,  
et apostolicam benedictionem.

§. 1. **C**um ad ineundam pristinam Nostram Avenionis, comitatus Venaisini, Beneventi, et Pontis Curvi possessionem carissimi in Christo filii Nostri Ludovicus Galliarum rex christianissimus, et Ferdinandus utriusque Siciliae rex illustris, nos ultro compellant, et tamquam sua ipsi manu amantissime inducant; hinc est, quod Nos de eximia fraternitatis tuæ fide, prudentia, et integritate plurimum in Domino confisi, te in Nostrum, et apostolicæ Sedis commissarium, cum facultate per te, vel unam seu plures personas, quot opus fuerit, a te deputandas eandem pristinam possessionem civitatis Pontis Curvi, ac pertinentiarum quarumcumque Nostro, ac Sedis prædictæ nomine apprehendendi, et apprehensam retinendi auctoritate apostolica tenore præsentium constituimus, et deputamus, tibi que quamcumque necessariam, et oppor-

Tenor deputa-  
tionis commis-  
sarii sanctæ Se-  
dis pro capien-  
da possessione  
recuperatæ do-  
minationis.

tuanam in præmissis, et circa ea facultatem eadem auctoritate harum serie concedimus, et impertimur. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima octava januarii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

## CCLXXXIX.

**Deputatio in commissarium apostolicum pro archiepiscopo Beneventano ad apprehendendam pristinam possessionem civitatis Beneventanæ, et concessio facultatis, et jurisdictionis quas illius gubernatores obtinebant.**

Venerabili fratri Joanni Baptistæ archiepiscopo Beneventano.

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem,

§. 1. **C**um ad ineundam pristinam Nostram Avenionis, comitatus Venaissini, Beneventi, et Pontis Curvi possessionem carissimi in Christo filii Nostri Ludovicus Galliarum rex christianissimus, et Ferdinandus utriusque Siciliae rex illustris nos ultro compellant, et tamquam sua ipsi manu amantissime inducant; hinc est quod Nos de eximia fraternitatis tuæ fide, prudentia et integritate plurimum in Domino confisi, te in Nostrum et apostolicæ Sedis commissarium cum facultate per te, vel unam, seu plures. personas, quot opus fuerit, a te deputandas, eandem pristinam possessionem civitatis Beneventi, ac pertinentiarum quarumcumque Nostro, ac Sedis prædictæ nomine apprehendendi, et apprehensam ritenendi auctoritate apostolica tenore præsentium constituimus, et deputamus; tibi que quamcumque necessariam, et opportunam in præmissis, et circa ea facultatem eadem auctoritate harum serie concedimus, et impertimur. Ac præterea tibi quoque in dicta civitate Beneventana, ejusque comitatu, et districtu omnem auctoritatem, jurisdictionem, et facultatem, quam pro tempore existentes illius gubernatores usque adhuc habuerunt, et qua nisi sunt, donec alter a Nobis in eorum locus deputandus ad

exercitium sui numeris isthuc perveniat, et interim ad Nostrum et Sedis apostolicæ beneplacitum tribuimus, et indulgemus. Mandantes propterea omnibus ad quos spectat, ut te in commissarium apostolicum a Nobis, ut præfertur, deputatum recognoscant, et reverenter recipiant, debitisque obsequiis, et reverentia prosequantur.

§. 2. Insuper ut quibuscumque negotiis et causis criminalibus ad te occasione præmissorum deferendis etiam si exinde sanguinis effusio, membrorumque mutilatio, ac etiam mors inde sequatur, tuta conscientia, ac sine ullo censurarum ecclesiasticarum incursu te immiscere libere, et licite valeas, dummodo a sententia in causa sanguinis per te ipsum ferenda omnino abstineas auctoritate, et tenore prædictis licentiam concedimus, et impertimur. In contrarium non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima octava januarii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Jurisdictio commissarii in causis etiam criminalibus, et cum jure sanguinis.

## CCXC.

**Deputatio in commissarium apostolicum ad apprehendendam pristinam possessionem civitatis Beneventanæ, et concessio facultatis ac jurisdictionis pro vicario capitulari metropolitane ecclesie Beneventanæ.**

Dilecto filio vicario capitulari metropolitane ecclesie Beneventanæ, ejus archiepiscopali sede vacante legitime deputato.

Clemens PP. XIV.

Dilecte fili salutem et apostolicam benedictionem.

§. 1. **C**um ad ineundam pristinam Nostram Avenionis, comitatus Venaissini, Beneventi, et Pontis Curvi possessionem carissimi in Christo filii Nostri Ludovicus Galliarum rex christianissimus, et Ferdinandus utriusque Siciliae rex illustris Nos ultro compellant, et tamquam sua ipsi manu amantissime inducant; hinc est, quod nos de singulari tua fide, prudentia, integritate plurimum in Domino confisi, te in Nostrum, et apostolicæ Sedis commissarium

Dat. die 8. februarii 1774. Anno V.

Tenor deputationis commissarii apostolici pro capienda possessione recuperatae dominationis.

Dat. die 28. januarii 1774. Anno 7.

Tenor deputationis commissarii sancte Sedis pro recuperanda possessione recuperatae dominationis.

rium cum facultate per te vel unam seu plures personas, quot opus fuerit, a te deputandas eandem pristinam possessionem civitatis Beneventi, ac pertinentiarum quarumcumque Nostro, ac Sedis prædictæ nomine apprehendenti, et apprehensam retinendi auctoritate apostolica tenore præsentium constituimus et deputamus; tibi que quamcumque necessariam et opportunam in præmissis, et circa ea facultatem eadem auctoritate harum serie concedimus, et impertimur. Ac præterea tibi quoque in dicta civitate Beneventana, ejusque comitatu, et districtu omnem auctoritatem, jurisdictionem, et facultatem, quam pro tempore existentes illius gubernatores usque adhuc habuerunt, et qua usi sunt, donec alter a Nobis in eorum locum deputandus ad exercitium sui muneris isthic perveniat, et interim ad Nostrum et Sedis apostolicæ beneplacitum tribuimus, et indulgemus. Mandantes propterea omnibus, ad quos spectat, ut te in commissarium apostolicum a Nobis, ut præfertur, deputatum recognoscant, et reverenter recipiant, debitique obsequiis, et reverentia prosequantur.

Jurisdictio  
commissarii.

§. 2. Insuper, ut quibuscumque negotiis, et causis criminalibus ad te occasione præmissorum deferendis, etiamsi exinde sanguinis effusio, membrorumque mutilatio, ac etiam mors inde sequatur, tuta conscientia, ac sine ullo censurarum ecclesiasticarum incursu te immiscere libere, et licite valeas, dummodo a sententia in causa sanguinis per te ipsum ferenda omnino abstineas auctoritate, et tenore prædictis licentiam concedimus, et impertimur. In contrarium non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die octava februarii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCXCL

Dat. die  
8. februarii  
1774.  
Anno V.

Assignatio; et applicatio hæreditatis Cæsaris Ubaldini dimissæ a fratribus sancti Augustini Ferrariæ hæredibus.

Dilecto filio Nostro Bernardino Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinali Giraud nuncupato metropolitanæ ecclesiæ Ferrariensis ex concessione, et dispensatione apostolica præsul.

Clemens PP. XIV.

Dilecte fili Noster salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. **N**uper Nobis exposuisti, quod alias tunc in humanis agens Cæsar Ubaldini præbyter ferrariensis in suo ultimo, cum quo decessit, testamento condito die xxvii decembris MDCXXXIX per acta Francisci Bonazzoli notarii in suffragium propriæ animæ duo primum reliquit anniversaria cum celebratione missarum, unum nempe in ecclesia sancti Andreæ ordinis fratrum eremitarum sancti Augustini congregationis Lombardiæ nuncupatæ civitatis Nostræ Ferrariensis, in qua jusserat tumulari, ac alterum in ecclesia confraternitatis sancti Christophori dictæ civitatis, pro quibus annua scuta decem, et obulos nonaginta, ac denarios sex ab ejus hæredibus tam institutis, quam substitutis præstanda esse voluit, et in eo casu omnimodæ deficientiæ hæredum ab ipso institutorum, et substitutorum, in bonis omnibus integræ suæ hæreditatis, quorum capaces existerent, substituit fratres ejusdem ordinis, et congregationis, atque conventus, et ecclesiæ prædictæ sancti Andreæ, adjuncta lege, ut ex percipiendis primum redditibus hæreditariis in altero ex sacellis eorum ecclesiæ per eundem testatorem designato, ipsi unum altare in elegantem formam tenerentur construere sub invocatione sancti Michaelis Arcangeli, et sancti Nicolai de Tolentino, ac utriusque marmoream statuam apponere, deindeque ex successivis redditibus prædictis memorati fratres in villa Francolini Ferrariensis diocesis super bonis ejusdem testatoris in loco conspicuo, et satis patente deberent ædificare unum hospitium, cum adnexo oratorio, illudque aptare, ac instruere ad usum publici xenodochii pro excipiendis duodecim peregrinis, et advenis pauperibus, nec non fratribus tam ordinis eremita-

Tenor testa-  
menti Cæsaris  
Ubaldini.

rum sancti Augustini Discalceatorum nuncupatorum, quam ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum pariter nuncupatorum illuc transeuntibus, inuncto quoque onere eisdem fratribus, ut præfertur, substitutis ex redditibus prædictis conservandi ædificia hujusmodi sic erigenda, una cum suppellectilibus ad præmissa necessariis, atque ibi retinendi religiosos viros eorum congregationis præceteris virtute, moribus, et pietate præditos, qui pio huic operi sedulo incumbere, ipsisque pauperibus, advenis, peregrinis, viatoribus, et fratribus prædictis panem, ac vinum, et hyemali tempore ligna quoque suppeditarent pro una die, ac nocte, et in casu eorum adversæ valetudinis toto etiam tempore, quo febre laborarent, ac demum celebrandi in dicto oratorio qualibet saltem dominica, et feria sexta cujuslibet hebdomadæ pro anima ipsius Cæsaris testatoris, qui regimen, curam, et administrationem, ac gubernium xenodochii hujusmodi prædictis fratribus, et conventui sancti Andree concessum, et reservatum voluit, nec non eorum favore, et commo- modo reliquos, si quos, supportatis oneribus, fructus hæreditatis suæ superesse contingeret, cessisse, et cedere declaravit, eosdem fratres dumtaxat privas illis, et cæteris omnibus, quibus honorati reperiantur ex causa non implementi, aut omnium, aut alicujus ex præscriptis oneribus, quo casu prædicti operis pii, et omnium, ac singulorum in præfato suo testamento dispositorum executionem pro tempore existenti Ferrariensi antistiti commisit, ac plurimum commendavit, et in ipsius mensæ episcopalis utilitatem, et pauperum subventionem arbitrio ejus fructus quoscumque post implementum dicti pii operis, cæterorumque onerum superextantes cedere jussit, ac alias prout in dicto testamento, cujus tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

§. 2. Defectis itaque omnibus hæredibus institutis, et substitutis, fratres memorati conventus anno 1703 adepti sunt possessionem prædictæ hæreditatis, atque ex primis redditibus demandatum altare ad testatoris hujusmodi præscriptum affabre erexerunt, ac postmodum ex successivis redditibus inde perceptis hospitium in forma xenodochii in villa Francolini, una cum oratorio super bonis hæreditariis ipsius te-

statoris construxerunt, ac ex cubilibus instructum reddiderunt, ut modo ad commoditatem pauperum peregrinorum, advenarum, et fratrum prædictorum illuc transeuntium aperiri potuisset, ac posset: verum dilectus filius modernus prior dicti conventus sancti Andree serio mente recogitans, volitam a dicto testatore continuam moram fratrum sui ordinis, et congregationis in dicto hospicio, ut ejus præsentis regimini, et gubernio minime profuturam, sed potius cessuram fore in maximum eorundem fratrum periculum, et detrimentum claustralis disciplinæ, et regularis observantiæ, hinc accedente voto ejus capituli, et de consensu dilecti quoque filii vicarii generalis suæ jam dictæ congregationis, sub spe tamen Nostri, et Sedis apostolicæ beneplaciti, hæreditatem dicti Cæsaris testatoris, ejusque administrationem, una cum omnibus, et singulis illius juribus, pertinentiis, adnexis, et connexis, honoribus, et oneribus in perpetuum, ut præfertur, a dicto testatore inunctis, in manibus tuis sponte, ac libere dimisit.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjuugebat, prædicti hospitii, ac oratorii aperitio juxta ipsius testatoris voluntatem haud utilis dignoscatur, tam ob propinquitatem dictæ villæ, ac ejusdem civitatis Ferrariensis, quam propter valde exiguam frequentiam pauperum peregrinorum, et advenarum illuc itinerantium; præsertim vero dictorum fratrum discalceatorum, et ordinis minorum Cappuccinorum, qui postremi retinent aliud hospitium in loco parum ab eo dissitum; e contra vero in civitate Ferrariensi hujusmodi domus succursus nuncupata, et pro excipiendis tæminis instituta, atque conservatorium sancti Appollinaris nuncupatum, in quo puellæ periclitantes excipiuntur, ob tenuitatem reddituum, et æs alienum, cui obnoxia sunt, in iis angustiis ita versentur, ut non sine periclitantium animarum exitio, amplius subsistere minime possint. Quapropter ipsius Cæsaris testatoris voluntatem per Nos commutari, ejusque hæreditatis bona quæcumque, jura, actiones, pecunias tam exactas, et usque nunc depositas, seu investitas, quam in posterum exigendas, omniaque alia ad dictam hæreditatem nunc, et in futurum spectantia, et pertinentia domui, et conservatorio prædictis in eorum subventionem, et auxilium perpetuo uniri, et assignari, atque applicari plurimum consideres.

Episcopus postulat ut bona applicentur conservatorio s. Appollinaris nuncupato.

Defectis omnibus hæredibus, bona, et onera delata sunt ad xenodochium sub cura fratrum sancti Andree, qui tamen omnia deinde in manibus episcopi Ferrariensis dimiserunt.

Indulget pontifex juxta preces, et cum clausulis amplissimis.

§. 4. Nos igitur a te ipso super præmissis optime instructi, easdemque mulieres, ac puellas locorum piorum hujusmodi specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus tuis, Nobis humiliter porrectis, inclinatis, atque ipsius Cæsaris Ubaldini ultimam voluntatem, et testamentum præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, atque illis specialiter derogantes, nec non ipsius testatoris voluntatem commutantes, nec non præterea dictam spontaneam, ac liberam renunciationem, et dimissionem eorundem fratrum conventus sancti Andree prædicti ratam habentes, ac locis piis prædictis, eorumque necessitatibus paterna charitate consulere cupientes, circumspeditioni tuæ per præsentem injungimus, ut integram hæreditatem ipsius Cæsaris Ubaldini, omniaque, et singula illius bona mobilia, semoventia, jura, actiones præsentem, et futuras, nec non pecunias usque adhuc exactas, et etiam ubilibet depositas, ac investitas, et in posterum exigendas, nomina debitorum, ac alia omnia, et singula quovis titulo, et causa ad dictum testatorem, ejusque hæreditatem nunc, et in futurum quomodolibet spectantia, et pertinentia prædictis locis piis domus succursus, et conservatorii sancti Appollinaris ipsius civitatis in utriusque eorum levamen, præsidium, et subventionem auctoritate Nostræ apostolica tenore præsentium perpetuo applies, unias, et assignes, ac illorum modernum præsidem, seu ejus legitimum procuratorem in veram, realem, actualem, et corporalem possessionem bonorum omnium, rerum, et pecuniarum hæreditariarum dicti testatoris una cum eorum juribus, pertinentiis, annexis, et connexis, et ab eis quomodolibet dependentibus, auctoritate, et tenore prædictis inducas, et defendas inductum, amoto quolibet detentore, contradictores quoscumque, appellatione posposita, compescendo; ita ut in posterum proventus omnes, et singuli, et cætera quæcumque præfatæ hæreditatis, quæ eroganda fuissent pro dicto hospicio, seu xenodochio, ejusque exercitio, et conservatione in benefi-

cium, et commodum eorundem piorum locorum cedere debere pari auctoritate, ac tenore declares.

§. 5. Sub cœre tamen dictis locis piis, eorumque præsidii injuncto, celebrari faciendi in singula eorum respective ecclesia unam missam qualibet hebdomada in perpetuum loco missarum, quæ celebrandæ fuissent in dicto oratorio pro anima ipsius testatoris, atque insuper annuæ præstationis dictorum scutorum decem, obulorum nonaginta, et denariorum sex pro peragendis binis anniversariis juxta ipsius testatoris mentem, et voluntatem, quam quoad hæc per præsentem in nihilo innovatam esse volumus, et declaramus

§. 6. Decernentes easdem præsentem literas, neque etiam ex eo quod fratres ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum, alique interesse habentes, auditi, citati, et vocati non fuerint, neque illis consenserint, unquam de obreptionis, et subreptionis vitio notari, ac impugnari posse, sed semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac dictis locis piis aliisque ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari et ab eis respective inviolabiliter observari;

§. 7. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditorum judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super iis a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus etiam dicti Cæsaris testatoris ultima voluntate, quam quoad præmissa sufficienter, et expresse commutamus, nec non constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac quibusvis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad

Nonnulla onera imponit.

Eximuntur literæ a vitio obreptionis, et subreptionis.

Clausula sublatæ, et decretum irritans.



præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die octava februarii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

## CCXCII.

**Deputatio in commissarium apostolicum pro Francisco De Simone canonico archipresbytero, et vicario capitulari metropolitanae ecclesiæ Beneventanæ ad apprehendendam pristinam possessionem civitatis Beneventanæ, et concessio facultatis, et jurisdictionis, quas illius gubernatores abtinebant.**

Dilecto filio Francisco De Simone metropolitanae ecclesiæ Beneventanæ canonico archipresbytero, ac vicario capitulari dictæ metropolitanae ecclesiæ ejus archiepiscopali Sede vacante legitime deputato.

## Clemens PP. XIV.

Dilecte fili salutem, et apostolicam Benedictionem.

§. 1. **C**um ad ineundam pristinam Nostram Avenionis, comitatus Venaisini, Beneventi, et Pontis Curvi possessionem carissimi in Christo filii Nostri Ludovicus Galliarum rex christianissimus, et Ferdinandus utriusque Siciliae rex illustris nos ultro compellant, et tamquam sua ipsi manu amantissime inducant; hinc est quod Nos de eximia fraternitatis tuæ fide, prudentia et integritate plurimum in Domino confisi, te in Nostrum et apostolicæ Sedis commissarium cum facultate per te, vel unam, seu plures personas, quot opus fuerit, a te deputandas, eandem pristinam possessionem civitatis Beneventi, ac pertinentiarum quarumcumque Nostro, ac Sedis prædictæ nomine apprehendendi, et apprehensam ritenendi auctoritate apostolica tenore præsentium constituimus, et deputamus; tibi que quamcumque necessariam, et opportunam in præmissis, et circa ea facultatem eadem auctoritate harum serie concedimus, et impertimur. Ac præterea tibi quoque in dicta civitate Beneventana, ejusque comitatu, et districtu omnem auctoritatem, jurisdictionem, et

*Bull. Rom. Tom. IV.*

facultatem, quam pro tempore existentes illius gubernatores usque adhuc habuerunt, et qua usi sunt, donec alter a Nobis in eorum locus deputandus ad exercitium sui muneris isthic perveniat, et interim ad Nostrum et Sedis apostolicæ beneplacitum tribuimus, et indulgemus. Mandantes propterea omnibus ad quos spectat, ut te in commissarium apostolicum a Nobis, ut præfertur, deputatum recognoscant, et reverenter recipiant, debitique obsequiis, et reverentia prosequantur.

§. 2. Insuper ut quibuscumque negotiis et causis criminalibus ad te occasione præmissorum deferendis etiam si exinde sanguinis effusio, membrorumque mutilatio, ac etiam mors inde sequatur, tuta conscientia, ac sine ullo censurarum ecclesiasticarum incursu te immiscere libere, et licite valeas, dummodo a sententia in causa sanguinis per te ipsum ferenda omnino abstineas auctoritate, et tenore prædictis licentiam concedimus, et impertimur. In contrarium non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima octava februarii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Jurisdictione  
commissarii deputati.

## CCXCIII.

**Restitutio, et unio monasterii s. Bartholomæi de Bono Solatio ordinis Cisterciensis provinciae Tusciæ ejusdem ordinis.**

## Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **A**lias felicitis recordationis Clementi pp. XI. prædecessori Nostro pro parte tunc existentium abbatum regimini provinciae Tusciæ congregationis reformatæ sancti Bernardi monachorum ordinis Cisterciensis exposito, quod ipsi monasterium sancti Bartholomæi Boni Solatii nuncupatum prope, et extra muros civitatis Florentinæ una cum omnibus suis bonis mobilibus, et immobilibus, juribus et actionibus monachis monasterii beatæ Mariæ de la Trappe nuncupatis dicti ordinis Saggiensis diocesis, reservato desuper apostolicæ Sedis beneplacito in perpetuum concesserant sub nonnullis pactis, con-

Expositio præcui.

Dat. die  
18 februarii  
1774.  
Anno V.

Tenor deputa-  
tionis.

Dat. die  
26 februarii  
1774.  
Anno V.

ditionibus, et declarationibus, quæ propterea confirmari plurimum desiderabant; idem Clemens prædecessor eorum supplicationibus inclinatus, omnia, et singula pacta, conditiones, et declarationes prædictas tunc expressa apostolica auctoritate confirmavit, et approbavit, ac alias prout in ejusdem Clementis prædecessoris literis in simili forma Brevis die xix septembris MDCCV. expeditis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur. Nuper autem pro parte dilectorum filiorum Hortensii Silvestrini præsidis generalis monachorum congregationis, et ordinis hujusmodi in Italia, ac modernorum abbatum regiminis expositum Nobis fuit, quod cum progressu temporis regularis vivendi modus in dicto monasterio beatae Mariæ virginis de la Trappe institutus paulatim inter monachos memorati monasterii sancti Bartholomæi defecerit, vel propter exiguum eorum numerum, vel ob incostantem illorum voluntatem, indeque processerunt dissensiones, ac perturbationes cum scandalo etiam circum-existentium populorum. Ut igitur illis opportunum adhibeatur remedium, dicti exponentes monasterium sancti Bartholomæi hujusmodi, non obstante ejus concessione, ut præfertur, facta, et memoratas literas una cum suis pactis, conditionibus, et declarationibus ab eodem Clemente prædecessore approbata, monachis ejusdem provinciae Tusciæ, ad quos antea pertinebat, restitui, dictæque provinciae uniri, atque omnibus in eodem monasterio degeatibus regularem, et communem vivendi modum, eandemque dependentiam, et subjectionem, quam alii monachi dictæ provinciae profitentur, per Nos præscribi plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaemur.

Concessio gratiæ juxta præces.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis, quovis modo, vel quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati; audita super præmissis relatione, ac voto dilecti filii Nostri An-

dræ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Nigroni dicti ordinis apud Nos, et Sedem apostolicam protectoris, auditoque dilecto filio moderno ejusdem ordinis procuratori generali, memoratum monasterium sancti Bartholomæi Boni Solatii ab eadem provincia Tusciæ congregationis hujusmodi alias monachis monasterii beatae Mariæ de la Trappe, ut præfertur, concessum, etiamsi concessio hujusmodi, una cum illius pactis, et conditionibus, et declarationibus ab ipso Clemente prædecessore per suas alteras prædictas approbata fuerit, ut præfertur, nihilominus, dictæ provinciae, et congregationi auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium restituimus, eique perpetuo iterum unimus, ac pro ei unito, et annexo decernimus, et declaramus; omnibusque præterea superioribus monachis, et personis nunc, et pro tempore in dicto monasterio sancti Bartholomæi existentibus, ut ipsi regularem, et communem vivendi modum, ac eandem dependentiam, et subjectionem, quam alii monachi dictæ provinciae Tusciæ ordinis hujusmodi profitentur, servare, et exequi omnino debeant, et teneantur auctoritate, et tenore prædictis jubemus, atque mandamus.

§. 3. Decernentes ipsas præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula salutare pro executione concessionis.

§. 4. Non obstantibus ejusdem Clementis prædecessoris literis prædictis, quibus ad præmissorum effectum sufficienter, et expresse derogamus, nec non aliis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, et quatenus opus sit, ordinis, congregationis, provinciae, et monasteriorum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis

Derogatio contrarium.

in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima sexta februarii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

## CCXCIV.

Dat. die  
5. martij  
1774.  
Anno V.

Facultas nuntio Poloniæ deputandi professores quorumcumque ordinum regularium supplicante rege Poloniæ.

Venerabili fratri Josepho archiepiscopo Berytensi ad carissimum in Christo filium Nostrum Stanyslaum Augustum Poloniæ regem illustrem Nostro, et Sedis apostolicæ nuntio

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater salutem,  
et apostolicam benedictionem,

Supplicationes  
Poloniæ regis.

§. 1. Cum inter curas, ac sollicitudines quibus carissimus in Christo filius noster Stanyslaus Augustus Poloniæ rex illustris, nec non inclytæ reipublicæ ordines ad rectam juventutis institutionem animum intendunt, ea præcipua sit, ut non modo scholæ hactenus existentes novis adjumentis fulciantur, verum etiam ad majorem publicæ rei utilitatem latius propagentur, ex parte ejusdem Stanyslai Augusti regis, et octovirorum juventuti instituendæ supplicatum nobis fuit, ut Nostra etiam auctoritate salutaria hujusmodi consilia tueri, iisque ex parte Nostra opem, ac manum adjutricem porrigere dignemur.

Concessio facultatis nuntiis apostolicis seligendi religiosos, qui munus docendi diligenter, et religiose suscipiant.

§. 2. Nos quibus nihil potius est quam cum civili etiam religiosam, et catholicam juventutis institutionem ubique terrarum promoveri, ut Christi fideles quo magis religiosi, ac civis officii instructi, eo etiam utiliores tum Ecclesiæ, tum reipublicæ reddantur, petitionibus super hoc Nobis porrectis benigne inclinati fraternitati tuæ, tuisque in officio isto successoribus pro tem-

pore existentibus Nostri, Nostrorumque successorum, et apostolicæ Sedis nuntiis committimus, et mandamus, ut omnes et singulos religiosos ordinum regularium professores, quos ad munus instituendi pietate ac literis juventutem idoneos, et aptiores repereris, et judicaveris (habito prius cum superioribus eorum provincialibus consilio) dispenses, imo inducas, ut scholarum quibus octoviri prædicti eos præficere intendunt, curam suscipiant, easque diligenter, ac religiose regant, proviso tamen ne religiosi prædicti ad munus docendi in scholis publicis evocati extra claustrum sui respective ordinis, vel alterius, si proprii instituti non adsit, commorentur, neve propter novum munus ab ipsis susceptum a debita erga superiores locales, vel provinciales obedientia, consuetisque, ac debitis regularis observantiæ exercitiis (nisi in aliquo eos expresse, et in scriptis juxta prudentiam tuam dispensaveris) subtrahantur.

§. 3. Quod si in aliquo conventu, ac monasterio scholæ ipsas aperiri contingeret, volumus, et expresse mandamus, ut diligenter præcaveas, quatenus scholæ a claustro sint separatæ, vel si aliter fieri nequeat, saltem ita congrue constituantur, ut per transitum, et intromissionem scholarium intra septa quies, et observantia regularis turbari nulla ratione possint. His autem religiosi, qui præfata munera suscipient, districtè etiam virtute sanctæ obedientiæ præcipias, ut scholares suos non modo in literis instruant, sed etiam pietatis, ac religiosi principii sedulo, et assidue imbuant, ita ut pluries in hebdomada christianæ cathecheseos rudimenta pro captu cujuscumque eis tradant, sacrosanctæ missæ sacrificio quotidie, si fieri potest, eos devote assistere faciant, ac festivis diebus eos in unum congregent, ut fusiori verbi Dei explicatione, sacramentorum perceptione, devotarum præcum, vel psalmodiæ, aut officii de beata virgine Maria recitatione, aliisque pietatis actibus, et incitamenti festivum diem, prout decet, transigant, sicque in christiana pietate exercitiores, et instructiores evadant. Si autem contingeret, ut ubi ullum religiosorum claustrum existit, aliqua schola constitueretur, ac necessaria alicujus religiosi viri opera videretur, licet summo eritendum sit, ne ullo unquam tempore vel loco regulares a proprio claustro avellantur, attamen succurrendo præsentibus regi, ac populi istius neces-

Scholæ aperiri in conventibus esse debent a claustro separatæ, ibique peculiare leges servandæ.

sitatibus, quoties nullus alius inveniri possit, qui scholarum regimen assumere valeat, non renuimus, quin huiusmodi etiam scholis aliquem religiosum virum præfici permittas, dummodo raro, ac non nisi in casu præcisæ necessitatis hac nostra facultate utaris, eamque ad tempus tibi benevisum concedas, renovandum deinde, si eadem necessitas duraverit, ac demum omnino provideas, ne religiosi prædicti alibi, quam in domo parochi loci commorari, ac degere possint.

Consultur ut in monasteriis regularis disciplina exacte servetur.

§. 4. Cæterum quandoquidem regis, ac octovirorum præfatorum sollicitudo non modo ad puerorum instructionem incumbit, sed miserabilium puellarum præcipue nobilium in pietate, bonis moribus, ac manuum laboribus juxta earum conditionem opportunis, ac necessariis, institutionem promovere, laudabiliter intendit, ac etiam in parte eorum precibus indulgemus, et monasteria monialium etiam apostolicæ Sedi immediate subjecta, quæ numero personarum, et congrua dote, seu fundatione, commodisque ædibus magis præstant, huic piæ institutioni adicimus, decernentes ut puellæ prædictæ in earum claustris recipi debeant, in quibus diligenter, ac religiose instituantur, ibique servata clausuræ lege commorentur, donec statum vel religiosum, vel conjugale amplecti voluerint: hoc tamen cauto, quod si ad secularia vota transire instituant, antequam desponsentur a monasterio dimittantur. Ut autem in monasteriis ipsis regularis disciplina exacte servetur, et piorum fundatorum menti fiat satis, decernimus, ac præcavimus, ne propter puellarum prædictarum admissionem, monialium professorum, et choralium numerus ultra duodenarium diminuatur; adeo ut duodecim saltem moniales professæ in iis continuo, ac perpetuo commorari, ac religiosæ vitæ onera, nec non debita chori, et ecclesiarum suarum servitia congrue supportare debeant, et valeant. Quocirca venerabilibus fratribus episcopis in regno Poloniæ, et magno ducatu Lithuanicæ constitutis nomine Nostro committas, ut pensatis prius singulorum monasteriorum suarum respective diocesium facultatibus, ac necessitatibus, accitis etiam eorundem monasteriorum immediatis superioribus, ac de eorum consilio, et consensu, si quæ monasteria repererint, quæ possint puellas aliquas (ab octoviris designandas, ipsique ordinariis quoad paupertatem, vi-

tam, et honestatem approbandas), abque familiæ religiosæ actu ibi existentis incommodo, vel detrimento, caritative, et gratis recipere, ipsi pro arbitrio, et prudentia sua, eas in huiusmodi monasteriis recipi, et admitti omnino faciant; decedentibusque ultra duodenarium numerum monialibus in earum locum totidem alias puellas (similiter ut supra ab octoviris designandas, et ab ipsis ordinariis approbandas) substituunt, ac sufficiant: ita quod tot ibi puellæ fere commorentur, quot deductis oneribus ecclesiæ, et monasterii, nec non congrua duodecim saltem monialium prædictarum sustentatione, poterunt ex annuis redditibus, et proventibus ali, et sustentari.

§. 5. Quod si deinde monasteria ipsa aliquod paterentur in fundis, ædificiis, vel redditibus evidens detrimentum, nec possent amplius una cum religiosa familia omnes, ut præfertur, ibi constitutas alimentarias puellas sustentare, provideatur per ipsos ordinarios ante omnia religiosæ ejusdem familiæ sustentationi, ac necessariis ministeriis: proindeque tot puellæ deinceps admittantur, ac substituuntur, quot, deductis religiosæ familiæ, nec non ecclesiæ, ac monasterii necessitatibus, poterunt ex reliquis redditibus ali, ac sustentari. Si vero aliqua honesta virgo vel vidua ad instructionem puellarum necessaria videretur, et ab ordinario loci expresse approbaretur, eam quoque inter puellarum alimentariam numerum recenseri, et admitti posse non renuimus. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibus, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel particularibus ordinationibus, nec nou quorumcumque ordinum, et monasteriorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quævis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse de-

Consultur æque sustentationi puellarum.

rogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die tertia martii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto pontificatus Nostri anno quinto.

CGXCV.

Summa annua quatuor centum florenorum ex fructibus quinque beneficiorum de jure patronatus comitis Josephi de Seinsheim Ratisbonensis assignatur pro fundo publicarum scholarum.

Clemens PP. XIV

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecit dilectus filius comes Josephus de Seinsheim nobilis Ratisbonensis, seu alterius civitatis, vel diocesis, quod ipse tamquam possessor legitimus domini Sinching vulgo nuncupati jus præsentandi, seu nominandi habebat ad quinque beneficia cum onere celebrationis octo misrarum pro qualibet hebdomada juxta intentionem fundatorum uti eorum absolutus patronus. Centum vero ab hinc annis quinque beneficia prædicta semper pervenerunt ad manus extraneorum, et quandoque illorum de eadem familia comitum de Seinsheim, qui conferebant annuos redditus eorumdem quinque beneficiorum ex decimis, fructibus, aliisque utilibus constitutos ultra annuam summam mille florenorum monetæ illarum parium in parochum pro tempore existentem de Sinching, ea adjecta conditione, ut ipse deberet subire onus celebrationis earundem octo misrarum pro qualibet hebdomada, simulque præstare annuam summam quatuorcentum florenorum beneficiato, seu possessori pro tempore existenti.

§. 2. Nunc tamen idem Josephus, ac, ut præfertur, patronus eorumdem beneficiorum prædictam annuam summam quatuorcentum florenorum assignare intendit in utilitatem, atque ad meliores reddendas scholas, simulque sui domini juventutem bonis, christianisque moribus informandam, qua de re ipse cum moderno possessore eorumdem quinque beneficiorum constituit, ut prædicta quatuorcenta florena annua ex fructibus, et redditibus beneficiorum hujusmodi pro fundo perpetuo publica-

rum scholarum in majorem utilitatem ac publicum bonum Christifidelium ibidem existentium assignentur, et applicentur, quatenus Nostra ad id sibi suffragetur licentia, atque facultas. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur ipsius Josephi pietatem plurimum in Domino commendantes, eumque a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia solventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, assignationem, seu applicationem supradictorum quatuorcentum annuorum florenorum ex fructibus, redditibus, et proventibus eorumdem quinque beneficiorum pro fundo perpetuo publicarum scholarum hujusmodi ab ipso Josepho una cum moderno prædictorum quaque beneficiorum possessore conventam, seu constitutam, seu conveniendam, constituendam, et faciendam, auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adicimus, omnesque juris, facti, ac solemnitatum defectus supplementum, et sanamus. Mandantes propterea ordinario loci, in quo memorata quinque beneficia erecta, et fundata reperiuntur, cæterisque ad quos spectat, et pro tempore spectabit, ut eandem annuam assignationem, et applicationem quatuorcentum florenorum hujusmodi absque ullo cæteroque foundationis eorumdem quinque beneficiorum præjudicio, observent, ac semper et perpetuo observari curent, et faciant.

§. 4. Decernentes insuper ipsas præsentantes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari.

§. 5. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque et synodalibus conciliis editis generali-

Concessio apostolica.

Clausula sublata, et decretum irritans.

Derogatio coartatorum.

Dat. die  
4. martii  
1774.  
Anno V.

Expositio juris  
præsentandi,  
et status beneficii.

Postulatio licentia pro erogatione quatuorcentum florenorum pro fundo perpetuo publicarum scholarum.



bus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Cæterum per præsentibus non intendimus juspatronatus dictorum quinque beneficiorum in aliquo approbare. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die quarta martii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto pontificatus Nostri anno quinto.

CCXCVI.

Dat. die  
12. martii  
1774.  
Anno 7.

Mandatur, ut lectores theologiæ dogmaticæ ordinis minorum sancti Francisci de Observantia in cathedra studii oppidi Matelicæ legentes iisdem fruantur privilegiis, perinde ac si lecturam hujusmodi habuissent in studiis generalibus ordinis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Tenor precum  
correctarum.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii communitas, et homines oppidi civitatis nuncupatæ Matelicæ Camericensis diœcesis, quod cum ipsis maxime cordi esset utilitas, quæ ex studio bonarum literarum, ac scientiarum omnium præsertim sacrarum in juventutem promanat, hac de causa in propria eorum patria dicti exponentes erexerunt inter ceteras cathedras illam quoque theologiæ dogmaticæ, et philosophiæ; quemadmodum vero cathedra theologiæ moralis optimo sane consilio uni ex fratribus ordinis eremitarum commissa antea fuerat, ita postmodum ipsi prædictam cathedram philosophiæ, ac theologiæ dogmaticæ uni ex fratribus ordinis minorum sancti Francisci de Observantia nuncupatorum committendam esse duxerunt. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, plurimum annorum spatio, experientia teste, comperit utique sit, quod fratres dicti ordinis minorum ad cathedram hujusmodi assumpti, eam, non sine adolescentium studiis operam dantium gravi præjudicio, diu exercere nolunt, quippe quia gradus in proprio ordine iis debitos, qui in illo studiorum cursum expleverint, nullo modo valeant obtinere; hinc dicti exponentes lectores hujusmodi aliquos prærogativæ præmio decorari plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præ-

missis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audita super præmissis relatione venerabilis fratris episcopi Camericensis, auditoque etiam dilecto filio moderno procuratore generali ejusdem ordinis minorum, ut in posterum quotiescumque contigerit ad memoratam cathedram philosophiæ, et theologiæ dogmaticæ eligi, atque assumi aliquem ex theologiæ professoribus ejusdem ordinis minorum, qui tam in concursu generali per legitimam inclusivam ad cathedras generales theologicas approbatus fuerit a iudicibus, atque insuper a pro tempore existenti ministro generali dicti ordinis deputatus, suisque parentibus literis sit institutus, lecturam hujusmodi per decem consequentes annos in eodem studio habendam computari debere ad gradum jubilatiōis, perinde ac si in studiis generalibus ordinis theologiā per integrum dictum decennium docuisset, et lectorem hujusmodi inter lectores generales ordinis præfati referendum esse, eumque omnibus privilegiis, prærogativis, gratiis, et indulgentiis, quibus ejusdem ordinis lectores generales juxta præscriptum constitutionum, statutorum, sive consuetudinum dicti ordinis, seu alias quomolibet utuntur, fruantur, et gaudent, ac uti, frui, et gaudere poterunt in futurum, pari modo uti, frui, et gaudere debere in omnibus, et per omnia, perinde ac si lecturam hujusmodi in studiis publicis dicti ordinis exercuisse raperiretur, auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium concedimus et indulgemus.

§. 3. Decernentes ipsas præsentibus literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiti debere, ac irritum, et inane,

Concessio apostolica cum privilegiis amplissimis.

Clausula salutaris, et irritantes pro plena constitutionis observantia.

si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-  
trariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dicti ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud santam Mariam majorem sub anulo piscatoris die decima secunda martii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto; pontificatus nostri anno quinto.

CCXCVII.

Dat. die  
18. martii  
1774.  
Anno V.

Facultas episcopo Albensi deputandi vicarium generalem pro locis suæ diocesis in ditione Januensi existentibus.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Circumspecta romani pontificis omnium Christifidelium patris, et pastoris providentia sicuti spiritualibus eorum utilitatibus jugi vigilantia consulere studet, ita et temporalibus eorum commodis paterna charitate providere satagit, prout vota præsertim catholicorum principum exposcunt, et in Domino conspiciit expedire.

Expositio præ-  
cum porrecta-  
rum a duce, et  
gubernatore  
reipublicæ Jan-  
nuensis, pro  
obtinendo vi-  
cario generali.

§. 2. Nuper siquidem pro parte dilectorum filiorum nobilium virorum ducis, et gubernatorum reipublicæ Januensis Nobis expositum fuit, quod venerabilis frater episcopus Albensis partim habet suam diocesim in ditione Januensi, quamvis ejus cathedralis ecclesia, et civitas, in qua cathedralis prædicta reperitur, extra illam sita sit.

Etsi vero nulla unquam orta fuerit controversia quoad jus visitandi, et exercendi quemcumque actum jurisdictionis in ea parte dictæ diocesis in memorata ditione existente, et solum quoad modum, an scilicet ab eodem episcopo retinendus esset nec ne in eadem parte vicarius foraneus juxta juris canonici regulas, vel potius deputandus esset vicarius generalis quemadmodum subditorum commoditas postulare videbatur, ne subditi ipsi in re qualibet saltem relevanti propriam patriam relinquere, et pro agendis litibus ad tribunal ecclesiasticum coram episcopo, seu ejus vicario generali, qui plerumque morari solet, ubi episcopus degit, se transferre cogentur. Ut igitur suorum subditorum commoditati consultum sit, dicti nobiles viri dux, et gubernatores reipublicæ Januensis Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

§. 3. Nos itaque eorum votis, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, salva semper, et illæsa manente ejusdem episcopi Albensis auctoritate, quoad visitationem, et exercitium cujusvis actus jurisdictionis spiritualis, et ecclesiasticæ in ea parte suæ diocesis in ditione prædicta existente, ut in posterum vicarium generalem eisdem nobilibus viris duci, et gubernatoribus reipublicæ Januensis minime suspectum, qui ipsius episcopi nomine, ac jurisdictione eidem vicario ab ipso attributa, tractare, definire, et judicare debeat omnes, et quascumque causas tam civiles, quam criminales respicientes personas illas, super quibus jus habent judicandi, deputare possit, et teneatur apostolica auctoritate statuimus, et ordinamus.

Illæsa jurisdi-  
ctione episco-  
pi, præcipitur  
ut licet idoneum  
eligat vicarium  
generalem.

§. 4. Volumus autem, quod dictus episcopus in deputatione vicarii generalis hujusmodi ab ipso peragenda in dicta parte suæ diocesis in præfata ditione existente suo utique vicario generali præscribere debeat, ut ipse ad aliquem actum, qui consequentiæ sit, multoque minus ad ullam sententiam criminalem, absque ejus respective integra participatione, ac prævio ipsius assensu procedere minime possit, et valeat, in casu autem contraventionis pœnam excommunicationis majoris ipso facto a vicario hujusmodi, quatenus sacerdos minime sit, incurrendam, ac quoties sacerdos existat, suspensionis a di-

Leges impo-  
nende vicario  
eligendo.

vinis pariter ipso facto incurrendam, præter remotionem ab officio, aliasque arbitrio infligendas pœnas, auctoritate, et tenore prædictis imponimus, sancimus, et mandamus.

Clausula sublatâ, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes easdem præsentibus literas, et in eis contenta quæcumque semper firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quæcumque spectabit in futurum plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sedis apostolicæ nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Præceptum de exequenda literis.

§. 6. Quocirca eidem venerabili fratri episcopo Albensi nunc, et pro tempore respective existenti in ditione prædicta jurisdictionem spirituales in terris, locis, castris, et oppidis intra limites diœcesis prædictæ consistentibus habenti, ut ipse per se ad omnimodam præsentium Nostrarum literarum executionem procedat, illasque, et in eis contenta quæcumque juxta earundem præsentium tenorem, et continentiam observari curet, et faciat.

Drogatio contrariarum.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, quæ præsentibus literis adversentur, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 8. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die decima octava martii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCXCVIII.

Dat. die  
21. martii  
1774.  
Anno V.

Facultas nominandi officiales minores sargente, e caporali nuncupatos, militum Helvetiorum pro capitaneo militum prædictorum.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Cum sicut Nobis nuper exponi fecit dilectus filius Josephus Antonius Phiffer de Altshoffen capitaneus militum Helvetiorum civitatis Nostræ Urbinatensis nonnullæ identidem ortæ fuerint controversiæ inter ipsum, et dilectum quoque filium Jodocum Ignatium Phiffer de Altshoffen Helvetiorum custodiæ corporis Nostri capitaneum; hinc Nos, qui pacem, et quietem inter Christianifideles omnes, eosque præsertim, qui Nostro, et apostolicæ Sedis servitio addicti sunt, paterno desideramus affectu, ac propterea omnes, et quascumque quæstiones inter eos huc usque ortas omnino dirimere, atque aliis, quæ forsitan in posterum suboriri possent, aditum omnem præpedire volentes, ut ita procul absit quæcumque occasio propter quam a debito Nobis, et Sedis prædictæ servitio recte, diligenterque exhibendo ipsi quomodo retrahantur; supplicationibus ejusdem Josephi Antonii nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, per præsentibus declaramus, statuimus, et mandamus, ut ab hinc in posterum electio tam structoris centuriæ, vulgo sargente, quam duorum decurionum vulgo caporali nuncupatorum, quos milites Helveti dictæ civitatis Urbinatensis habere solent, ad capitaneum loci libere, ac independenter spectet, atque pertineat.

§. 2. In casu autem mutationis, sive subrogationis militum Helvetiorum civitatis ejusmodi quotiescumque fieri contingat, volumus, et jubemus, ut capitaneus eorundem militum, et civitatis prædictæ suam ad id petitionem proponat coram nunc, et pro tempore existenti in ditione Urbinatensi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinali legato, sive præside, qui recognita veritate necessitatis, seu opportunitatis mutandi, seu subrogandi in locum deficientium alios milites, id ad Nostram secretariam status significabit, a qua nunc, et pro tempore existens capitaneus dictæ custodiæ Nostræ certior reddendus erit de iis, quæ ab ipso exequenda sint,

Declaratur jus eligendi, et deputandi officiales minores ad capitaneum loci pertinere.

In casu mutationis, et subrogationis militum opportunas sumendas providentias sibi reservat pontifex.

Quod si aliunde capitaneus ejusdem custodiæ Nostræ aliquem ex dictis militibus civitatis Urbinatensis revocari putet, ac credat, id petendum erit a secretaria status prædicta, expositisque causis, et capta desuper opportuna informatione ab eodem cardinali legato, sive præside; inde quod faciendum erit opportune significabitur, atque ita in posterum servandum, et exequendum esse auctoritate Nostra apostolica, tenore præsentium præscribimus, et jubemus.

Clausula subblata, et decretum irrita et.

§. 3. Decernentes ipsas præsentem literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illoquum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub anulo piscatoris die vicesima prima martii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostræ anno quinto.

CCXCIX.

Datum die  
28. martii  
1774.  
Anno V.

Facultas supprimendi monasterium Cælestinorum civitatis Senonensis

Dilecto filio Nostro Paulo Alberto Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinali de Luynes nuncupato metropolitanæ ecclesiæ Senonensis ex<sup>o</sup> concessionem, et dispensationem apostolicam præsuli.

Clemens PP. XIV.

Dilecte fili Noster salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. Alias cum pro parte carissimi in Christo filii Nostri Ludovici Francorum regis christianissimi delatum Nobis fuisset, in domibus monachorum Cælestinorum existentibus il regno Galliarum regularem disciplinam ita esse collapsam, ut nihil ex iis ornamentis, et utilitatis, plurimum vero detrimenti, offensionis, et scandali in christianum populum redundaret, omnemque reformationis spem sublatam fuisse: pro Nostri officii debito, ac piissimi ejusdem Ludovici regis votis annuendo, facultatem venerabilibus fratribus archiepiscopis, et episcopis regni Galliarum concessimus ad annum duraturam, ut tanquam Nostri, et huius apostolicæ Sedis delegati domos monachorum Cælestinorum in suis respective diocesis existentibus visitarent, ac sedulo inquirerent, si qui pravi usus, damnandæque consuetudines irrepsissent, et opportuna remedia adhiberent; quodsi vacuum prorsus, et irritum compertum fuisset, quodcumque instaurandæ regularis disciplinæ studium, et conatum, modum excogitarent, ac viam proponerent, qua Nobis communicata, illud de eisdem monasteriis, vel omnibus, vel aliquibus, deque ejusdem ordinis personis a Nobis decerni posset, quod divino cultui, Christifidelium bono, ac eorundem monachorum conscientia tranquillitati magis profuturum videretur, ac alias prout in Nostri desuper in simili forma Brevis die prima martii superioris anni MDCCLXXIII. expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fuisset continetur.

Collapsa disciplina in domibus monachorum Cælestinorum deputatus fuit delegatus apostolicus, ut illam reintegra ret.

§. 2. Nuper autem Nobis exposuisti, quod earundem literarum Nostrarum vigore, ea, qua par erat, diligenter

Nihil profuit providentia, totumque consilium supprimendi mona-

steria, quod remittitur arbitrio cardinalis de-Luynes.

tia, zelo, et charitate, visitatio a te peracta fuit monasterii ejusdem ordinis in ista Senonensi civitate existentis, quod unicum in tota diocesi illius reperitur; et quamvis omne studium, omnemque curam adhibuisses, ut quatuor monachos totam ejus familiam constituentes, et juxta præscripta in capitulo generali ejusdem ordinis in dicti monasterii filios declaratos ad regularis disciplinæ observantiam revocares, omnia tamen in irritum cesserunt, quippe quia ipsi monachi monitis, consiliisque hujusmodi dicti potius monasterii suppressionem præferendam esse duxerunt. Sero itaque perpensis omnibus in visitatione hujusmodi a te tam laudabiliter, ac prudenter gestis, consideratisque universis rerum, et personarum circumstantiis, cum spes omnis deficiat penitus restituendi in eodem monasterio regularem vivendi rationem; hinc est, quod Nos circumspeditioni tuæ facultatem, atque potestatem monasterium prædictum monachorum Cælestinorum civitatis Senonensis supprimendi, ac omnem regularem ejus qualitatem perpetuo in eo extinguendi auctoritate apostolica tenore præsentium tribuimus, et impertimur. Tibique, ut bona omnia tam stabilia, quam mobilia, semoventia, jura, et actiones ad monasterium ejusmodi quomodolibet spectantia, et pertinentia cujusvis generis, et speciei existant, in alios pios usus assignare, et applicare libere, ac licite possis, et valeas auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus.

Consultitur personis monachorum, et eorum alimonis ad vitam.

§. 3. Quod vero attinet ad personas quatuor monachorum integram familiam ejusdem monasterii constituentium, ut ipsis facultatem permanendi, quoad vixerint, extra claustra sui ordinis in habitu presbyterorum sæcularium, et sub obedientia diocæsani loci, in quo morari contingerint, tribuere possis, et valeas pari auctoritate, et tenore impertimur. Volumus autem, quod ex fructibus, redditibus, et proventibus ejusdem monasterii, tam illius priori, quam cæteris monachis prædictis, ea annua assignetur portio, quoad vixerint duratura, quæ tuo arbitrio, ac prudentia sufficiens, et congrua judicabitur.

Clausula subblata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes ipsas præsentibus literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plearios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari;

Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuntios judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, et ordinis, ac monasterii hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima octava martii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Derogatio contrariorum.

CCC.

Dismembratio oppidi de Aveiro, cum territorio de Esgueira a diocesi Conimbricensi, ejusque erectio in civitatem, et sedem episcopalem suffraganeam etc. supplicante rege fidelissimo. etc.

Dat. die 12. aprilis 1774. Anno V.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Militantis Ecclesiæ gubernacula, quæ copiosus in misericordia Deus, ad hoc Nobis, meritis quamvis imparibus, committere voluit, ut tamquam de vertice montis ad universa christiani orbis loca reflectentes intuitum, quid ad divini cultus augmentum conferat, quidve animarum saluti quomodolibet

Proemium.



conveniat, attentius prospicere, non omittamus, demandata tenentes, novas propterea quandoque sedes, novosque instituiamus pastores, aliaque opportuna præbemus auxilia, ut oves eorum curæ concreditæ spiritualibus incrementis jugiter proficiant, atque sublimium principum id postulantium votis libenter annuimus, quemadmodum omnibus mature perpensis, magis in Domino expedire arbitramur.

Tenor precum  
porreclarum.

§. 2. Nuper siquidem pro parte carissimi in Christo filii nostri Josephi Portugalliæ, et Algarbiorum regis fidelissimi nobis expositum fuit, per dilectum filium Franciscum de Almada et Mendoça commendatorem militiæ Domini nostri Jesu Christi ejusdem Josephi regis apud Nos, et hanc sanctam Sedem ministrum plenipotentiarium, quod, cum propter Conimbricensis diœcesis amplitudinem, ac vastitatem, unus, idemque pastor tam gravi ferendo oneri impar dignoscatur, neque totam diœcesim hanc, concreditumque sibi populum, ea, qua par est, diligentia, solitudine, et alacritate, dirigere atque cognoscere, et suorum ovium spiritualibus necessitatibus præsto esse minime valeat. Hinc idem Josephus rex pro ejus eximia sane, ac singulari, pietate, atque spirituali animarum bono, et utilitate, providitoriam vulgo nuncupatam, seu comarcham de Esgueira a dicta diœcesi Conimbricensi per Nos separari atque ex ea unum episcopatum erigi, oppidumque civitatem nuncupatam de Avero pro residentia novi episcopi Aveirensis nuncupandi, assignari, nec non decem et novem parochiales ecclesiæ magni archidiaconatus de Cea intra limites ejusdem diœcesis Conimbricensis existentes, alteri diœcesi, cui finitimæ sunt, uniri plurimum desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

Motus proprius  
super concessione gratia.

§. 3. Nos igitur ejusdem Josephi regis singulare studium, ac procurandæ animarum salutis zelum quam maxime in Domino commendantes, piisque ejus votis quantum cum eodem Domino possumus, benigne annuere volentes, motu etiam proprio, atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, ad id accedente consensu ipsius Josephi regis, nec non venerabilis fratris episcopi Conimbricensis, ac dilectorum filiorum capituli, et canonicorum ecclesiæ cathedralis Conimbricensis hujusmodi consensum sup-

plentes, memoratam providitoriam, seu comarcham Esgueira, ejusque territorium, cujus confines præsentibus pro expressis haberi volumus, cum omnibus et singulis ecclesiis, monasteriis, cappellis, et aliis ecclesiasticis, ac piis locis, nec non populo, incolis, habitatoribus, cæterisque ecclesiasticis, ac secularibus personis, rebus quoque, et bonis eorundem in territorio prædicto existentibus ab episcopali jurisdictione, superioritate, subjectione, visitatione, et correctione, ac potestate ejusdem nunc et pro tempore existentis episcopi Conimbricensis prorsus eximimus, et perpetuo dismembramus, dictumque oppidum in civitatem Aveirensis nuncupandam erigimus, et civitatem esse, ac futuris temporibus nuncupari debere decernimus; ac unam ex ecclesiis ibidem existentibus, sive nempe sancti Michaelis, sive aliam sub titulo Misericordiæ, quam infrascriptus præsentium Nostrarum literarum executor a Nobis deputandus aptiorem, ac decentiorem judicaverit pro meliori, ac commodiori divino servitio in ea a futuris capitularibus præstando, sub titulo ejusdem Josephi regis arbitrio designando, in cathedralem ecclesiam cum omnibus præeminentiis, et prærogativis cathedrali ecclesiæ congruentibus pariter erigimus, et episcopalis dignitatis honore ac titulo insignimus pro uno episcopo Aveirensi nuncupando, qui ei præesse valeat, et prodesse, omnibusque insigniis episcopalibus, et honoribus episcopis de jure competentibus uti, frui, et gaudere possit, et debeat; atque eidem sic erectæ ecclesiæ Aveirensi prædictum oppidum in civitatem, ut præfertur, erectum pro civitate, in qua pro tempore existens episcopus residebit in palatio ab eodem executore designando, et dictam providitoriam, seu comarcham de Esgueira una cum suo territorio a dicta diœcesi Conimbricensi, ut præfertur, dimembratam pro ejusdem ecclesiæ Aveirensis diœcesi, cum omnibus, et singulis ecclesiis, vicariis, paræciis, beneficiis, monasteriis, conventibus, clero, personis secularibus et regularibus in eis respective existentibus, et eam morantibus, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus etiam perpetuo concedimus, tribuimus, et assignamus, nec non eandem providitoriam, seu comarcham, una cum ejus territorio, quæ a diœcesi Conimbricensi, ut præfertur, dimembrata fuit, episcopo Aveirensi, quoad episcopalem, et archiepiscopo Bracharensi, quoad metropolitancam jurisdictionem et superioritatem per-

petuo pariter subiicimus; ecclesiamque ipsam Aveirensensem suffraganeam pro tempore existentis archiepiscopi Bracharensis esse debere decernimus, et declaramus. Ac insuper ut prædicta ecclesia Aveirensis suum proprium habeat capitulum, illum numerum canonicatum, et dimidiorum canonicatum atque cappellaniarum sub suis tamen congruis, et convenientibus, atque a jure approbatis respective denominationibus, titulis, et invocationibus, quem infradicendarum rerum applicandarum fructus, et redditus permissuri sunt, etiam erigimus, et instituimus.

Dos mensæ  
constituitur.

§. 4. Qua de re pro dote tam dictæ ecclesiæ episcopalis Aveirensis, quam illius mensæ capitularis, et fabricæ cathedralis ecclesiæ hujusmodi, tam prioratum, coadiutoriam, et thesaurieratum, quam beneficia prædictæ ecclesiæ sancti Michaelis, nec non alias tres parochiales ecclesias ejusdem civitatis Aveirensis, licet quatuor ecclesiæ hujusmodi ad militarem ordinem sancti Benedicti de Avis pertinere dignoscatur, postquam per cessum, vel decessum, aut alias quomodolibet ex persona illas, vel illa obtinentium vacari contigerit, de ipsius Josephi regis consensu, eidem episcopatu Aveirensi perpetuo itidem unimus, annectimus, et incorporamus. Facultatemque præterea ex decimis illius archidiaconatus, et parochialium, nonnullas portiones ad id congruentes annuatim percipiendi, et constitutioni patrimonii, seu mensæ capitularis ejusmodi, atque fabricæ novæ cathedralis prædictæ applicandi tribuimus, et impertimur.

Jus patronatus  
tribuitur Jose-  
pho regi fide-  
lissimo, ejus-  
que successoribus.

§. 5. Præterea ipsi Josepho regi, ejusque successoribus Portugalliæ, et Algarbiorum regibus fidelissimis regium jus patronatus tam super nova cathedrali prædicta Aveirensi, quam super canonicatibus, dimidiis canonicatibus, et cappellaniis ut præmittitur erectis, etiam pro hac prima vice, et perpetuo reservamus, atque concedimus.

Jus condendi  
statuta capitulo  
cathedralis  
reservatur.

§. 6. Nec non etiam futuro dictæ novæ cathedralis capitulo plenam, et omnimodam facultatem, quæcumque necessaria, et opportuna statuta, ordinationes, et decreta licita tamen, et honesta, ac sacris canonibus, præsertim vero concilii Tridentini decretis, et constitutionibus apostolicis non contraria condendi, ac edendi, et condita, ac edita pro temporum, et rerum varietate, ac qualitate mutandi, limitandi, corrigendi, declarandi, interpretandi, ac in meliorem formam redigendi, seu alia de novo, et integre condendi, et edendi tribuimus, et impertimur.

§. 7. Insuper dignitates in memorata ecclesia Aveirensi obtinentibus, et capitulo, atque canonicis ejusdem ecclesiæ, aliisque capituli, et ecclesiæ hujusmodi personis, et ministris pro tempore existentibus, ut omnibus, et singulis præ eminentiis, prærogativis, facultatibus, indultis, favoribus, gratiis, et privilegiis, quibus aliarum cathedralium ecclesiarum regni Portugalliæ dignitates obtinentes, capitula, et canonici fruuntur, potiuntur, et gaudent (exceptis privilegiis titulo oneroso acquisitis) ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt in futurum, pari modo, uti, frui, potiri, et gaudere libere, et licite possint, et valeant concedimus, et indulgemus.

Privilegia con-  
cessionis capi-  
tulo, et cano-  
nicis.

§. 8. Ad hæc decem, et novem ecclesias unam partem usque adhuc constituentes archidiaconatus de Ceonuncupati dictæ diocesis Conimbricensis nuncupatas de Nabaes, Nabai-nhos, Mello, Freixo da Serra, Folgoinho, Figueiro de Serra, Linhares, Salgueiraes, Carazichana, Villa Corter, Villa Ruiva, Mesquitella, Jancaes, Villafraanca, Cahra, Arcozello, Nespereira, Vinhò, et Rio Torto, quæque finitissimæ sunt diocesi Egitanensi ab altera diocesi Conimbricensi prædicta, et ab episcopali jurisdictione, visitatione, et potestate nunc, et pro tempore existentis episcopi Conimbricensis omnino eximimus, et dismembramus, illasque cum omnibus, et singulis beneficiis, et personis sive ecclesiasticis, sive sæcularibus in eisdem decem, et novem parochialibus existentibus prædictæ diocesi Egitanensi unimus, assignamus, et perpetuo pariter ad illam pertinere declaramus.

Dismembratio  
novæ diocesis  
a jurisdictione  
episcopi Co-  
nimbricensis.

§. 9. Quocirca dilecto filio Nostro Innocentio S. R. E. cardinali de Comitibus nuncupato, quem in executorem præsentium nostrarum literarum deputamus, plenam, liberam, amplam, ac omnimodam facultatem et auctoritatem per se, vel alium, seu alios ab ipso subdelegandos, et deputandos pro spirituali dignitatum capituli et canonicorum hujusmodi novæ cathedralis Aveirensis directione, et regimine, ac onerum illis incumbentium supportatione missarum, horarum canonicarum, divinorum tam diuturnorum, quam nocturnorum officiorum, processionum, funeralium, et anniversariorum celebratione, aliisque divinum servitium in eadem cathedrali ecclesia respicientibus, quæ necessaria, et opportuna fuerint visa, statuendi, et decernendi, nume-

Deputatio exe-  
cutoris literarum  
cum omnibus  
facultatibus.

rumque capitularium hujusmodi juxta reddituum quantitatem constituendi, ac fructus tam novæ cathedralis ecclesiæ prædictæ, quam futurorum capitularium hujusmodi proportionabiliter, ac juxta gradus cujusque differentiam, prout justius judicabitur, assignandi, omniaque alia, et quæcumque tam in præmissis, quam circa earundem præsentium executionem, et effectum quomodolibet necessaria, et opportuna, agendi, faciendi, et quid quid expediens, et consentaneum videbitur, etiamsi in præsentibus minime expressum sit (cum consilio tamen in omnibus, et consensu ejusdem Josephi regis) gerendi, eisdem motu, scientia, et potestatis plenitudine concedimus, tribuimus, et impertimur.

§. 10. Insuper capitulum dictæ cathedralis ecclesiæ Aveirensis, ejusque pro tempore existentes canonicos a solatione tam dimidiæ annatæ cancellariæ apostolicæ, quam etiam quindenniorum ratione perpetuæ applicationis fructuum unitorum debita perpetuo quoque eximimus et liberamus.

§. 11. Decernentes ipsas præsentibus literas et in eis contenta quæcumque nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis, aut quovis alio defectu, etiam ex eo quod causæ propter quas præsentibus literæ emanarunt, coram Nobis vel alibi verificatæ, et dilecti filii capitulum, atque canonici cathedralis ecclesiæ Conimbricensis prædictæ, nec non quicumque alii in præmissis interesse habentes, seu habere prætendentes ad id vocati, citati, auditique non fuerint, et præmissis non consenserint, aut alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam vocari, ad terminos juris reduci, remedium impetrari, vel sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, etiam per quascumque constitutiones apostolicas, aut cancellariæ apostolicæ prædictæ regulas quomodocumque etiam in crastinum assumptionis successorum Nostrorum ad summi apostolatus apicem, vel alias quomodocumque editas, seu sub quibusvis tenoribus, et formis emanatas, ac in posterum emanandas, nullatenus comprehendendi; sed semper ab illis exceptas et quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, et validissimum statum, etiam sub quacumque posteriore data per pro tempore existentes episcopum, ac dignitates, capitulum, et canonicos eccle-

siæ Aveirensis hujusmodi eligenda, restituta, reposita, et plenarie reintegrata, et denuo concessas, semperque validas esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, nec non episcopo, dignitatibus, capitulo, et canonicis ecclesiæ Aveirensis hujusmodi pro tempore existentibus perpetuo suffragari.

§. 12. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et defini debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 13. Non obstantibus Nostris, et ejusdem cancellariæ apostolicæ regulis de gratis ad instar non concedendis, ac de exprimendo vero annuo valore, et de unionibus committendis ad partes vocatis quorum interest, ac Lateranensis concilii novissime celebrati uniones perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, ac quibusvis apostolicis, ac in universalibus provincialibusque et synodalibus conciliis editis generalibus, vel particularibus ordinationibus. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis specialis, specifica, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales expressio ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 14. Volumus autem quod taxa cathedralis ecclesiæ Aveirensis prædictæ in libris cameræ describatur in ea quantitate, quæ in executione præsentium dismembrata erit ab ecclesia Conimbricensi, et taxa ipsius ecclesiæ Conimbricensis respective minui debeat, atque raduci, etiam pro alia quantitate assignata ecclesiæ Egitanensi, cujus propterea taxa proportionabiliter augenda sit, quodque, attentis peculiaribus circumstantiis præsens hæc gratia uti per nostras literas in forma Brevis concessa minime transeat in exemplum, nec pro exemplo allegari omnino valeat.

Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub anno piscatoris die decima secunda aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Eximitur capitulum a solatione dimidiæ annatæ, et quindenniorum.

Literas exequendas esse præcipit Pontifex, illasque eximit a vitiis obreptionis, vel subreptionis, et quomodocumque excludit adversus illas remedium ordinarium, vel extraordinarium.

Clausula sublata, et decretum irritans.

Derogatio contrariorum.

Onus describendi taxam cathedralis ecclesiæ in libris cameræ.

Dat. die  
12. aprilis  
1774.  
anno V.

CCCL

Confirmatio erectionis congregationis  
sancti Philippi Neri in civitate Taurinensi.

Clemens episcopus

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. **E**x quo divina majestas ad pastoralis officii fastigium Nos, quamquam immeritos, evexit, quantum in Nobis fuit, superno auxilio freti, conati sumus, ut divinus cultus, et catholicae fidei propagatio, et animarum salus opportunis mediis augeatur, et propterea clericorum congregationes id operari cupientes intentis studiis promovemus, et institimus, favoribusque, et gratis prosequimur opportunis, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Erectio, et leges congregationis s. Philippi.

§. 2. Cum itaque ( sicut accepimus ) in civitate Taurinensi congregatio clericorum saecularium oratorii sancti Philippi Neri dudum jam, die nempe 26 januarii 1649. canonice, ut asseritur, erecta, et instituta sit, iidemque clerici sacerdotes Christifidelium confessiones audire, ecclesiae sacramenta administrare, exhortationes ad populum habere, infirmos visitare, et alia pietatis, et charitatis opera, non sine notabili piarum animarum spirituali consolatione, divinique cultus augmento juxta pium eorum institutum exercere cupiant, et de praesenti exerceant. Pro erectionis autem, et institutionis hujusmodi subsistentia, et validitate plurimum desiderant, illas apostolicae Nostrae confirmationis robore communiri.

Confirmatio erectionis.

§. 3. Nos presbyteros, et clericos praedictos, ut ad pia, et sacra opera hujusmodi exercenda promptiores reddantur, ac fructus, quos in vinea Domini plurimos lactenus Domino obtulerunt, eosdem uberiores in posterum afferant, specialibus gratis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas quibusvis ab excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, erectionem, et institutionem praedictas, quatenus illae canonice factae fuerint, apostolica auctorita-

te tenore praesentium perpetuo approbamus, et confirmamus, illisque perpetuae, et inviolabilis apostolicae firmitatis robur adiicimus, ac omnes, et singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et nihilominus in eadem civitate unam praedictorum presbyterorum, et clericorum saecularium in illam pro tempore recipi volentium congregationem ad instar congregationis oratorii hujusmodi in ecclesia ss. Mariae, et Gregorii in Vallicella de urbe dudum apostolica auctoritate erectae, dummodo tamen presbyteri, et clerici hujusmodi ordinationes, et instituta domus congregationis oratorii alias a felicitis recordationis Paulo pp. V. praedecessore Nostro confirmata receperint, et illa pro viribus observare intendant, auctoritate, et tenore similibus etiam perpetuo erigimus, et instituimus.

§. 4. Ac nunc, et pro tempore existentibus presbyteris, et aliis ejusdem congregationis sic de novo erectae, qui ab ordinario approbati fuerint, ut confessiones quorumcumque ad eos accedentium quocumque anni tempore audire, ac illis poenitentia debita pro modo culpae injuncta, ac aliis injungendis injunctis, absolutionem impendere salutarem possint, et valeant. Sacerdotes vero in eadem congregatione recepti parochis eorum jurisdictioni minime subjaceant, et sibi ipsis ad invicem quaecumque sacramenta ecclesiastica quovis etiam paschatis resurrectionis dominicae tempore vice, et loco parochi ministrare; superiores autem congregationis per praesentes erectae per se, vel alium, seu alios ex ipsis jam approbatis suos subditos a censuris ( non tamen in casibus Sedis apostolicae reservatis, neque in literis die cœnae Domini legi solitis contentis ) absolvere, illisque debitam poenitentiam similiter injungere, iidemque superiores receptos inobedientes, et ipsius congregationis constitutionum transgressores punire, et poenitentia pro modo culpae eorum arbitrio, servata tamen forma ordinationum, et institutionum hujusmodi afficere, et si sibi videbitur, cum consensu majoris partis dictae congregationis culpabiles ejicere, invocato ad id, quatenus opus fuerit, auxilio brachii saecularis, libere, et licite similiter possint, et valeant auctoritate, et tenore praedictis concedimus, et indulgemus.

Privilegia tributa.

§. 5. Ac demum, quod congregatio per praesentes erecta sit, et perpe-

Subjectio jurisdictionalis.

tuo remaneat subjecta omnimodæ jurisdictioni archiepiscopi Taurinensis pro tempore existentis, qui tamen ordinationes, et instituta prædicta nullo modo mutare, et alterare possit, similiter statuimus, et ordinamus.

Clausula subla-  
ta, et decre-  
tum irritans.

§. 6. Decernentes præsentis literas semper, et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et ab omnibus inviolabiliter observari; et ita per quoscumque iudices, et commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Concessio in-  
dulgentiarum.

§. 7. Ac insuper, ut in ecclesia congregationis sic erectæ in majori veneratione habeantur, et ab ipsis Christifidelibus congruis frequententur honoribus, aliique presbyteri ad congregationem per præsentis erectam ingrediendam magis incitentur; omnibus, et singulis presbyteris, qui eandem congregationem de cætero ingredientur, die primo eorum ingressus, si vere penitentes, et confessi sanctissimum Eucharistiæ sacramentum sumpserint plenariam, ac ipsis nunc, et pro tempore existentibus presbyteris, ac aliis conviventibus ejusdem congregationis in eorum mortis articulo nomen Jesu corde, si ore nequiverint, invocantibus etiam plenariam, nec non tam illis, quam aliis utriusque sexus Christifidelibus vere penitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui ejusdem congregationis per præsentis erectæ ecclesiam die festo sancti Philippi Nerii a primis vesperis usque ad occasum solis devote visitaverint, et ibi pro catholicorum principum concordia, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem etiam perpetuo concedimus, et elargimur, nec non tam presbyteris, et aliis ejusdem congregationis, quoties pro exhortationibus habendis convenerint, quam aliis utriusque sexus Christifidelibus iisdem exhortationibus interessentibus decem annos, et qui ecclesiam dictæ congregationis in quatuor aliis anni festis diebus per dictos presbyteros semel tantum eligendis, et ab ordinario approbandis a primis vesperis usque ad occasum solis festorum hujusmodi

singulis annis devote visitaverint, et ut præfertur, oraverint, septem annos, et totidem quadragenas. Eisdem vero presbyteris, et aliis dictæ congregationis, quoties divinis officiis in sua ecclesia, vel oratorio more dictæ congregationis celebrandis, aut congregationibus publicis, vel privatis, et secretis pro quocumque opere pio exercendo interfuerint, vel sanctissimum Eucharistiæ sacramentum sumpserint, aut conscientiam suam antequam cubitum eant, examinaverint, seu flagellis ad carnem castigandam se afflixerint, vel quinquies orationem Dominicam, et toties salutationem Angelicam tam pro animabus presbyterorum, et aliorum dictæ congregationis, quam aliorum in Christi charitate defunctorum recitaverint, aut devium aliquem ad viam salutis reduxerint, aut quodcumque aliud pietatis, vel charitatis opus exercuerint, toties pro quolibet prædictorum operum sexaginta dies de injunctis eis, vel alias quomodolibet debitis penitentis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus.

§. 8. Non obstantibus regula Nostra de gratis ad instar non concedendis, aliisque apostolicis, ac in provincialibus, et synodalibus conciliis editis constitutionibus, et ordinationibus, statutis, legibus, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, expressio, aut quævis alia ad id exquisita forma habenda foret, et illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium transumptis etiam impressis, manu notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel os-

Derogatio con-  
trariorum.



tensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima secunda aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die  
12. aprilis  
1774.  
Anno V.

CCCL.

Privilegia, et indulgentiæ congregationis Romanæ oratorii sancti Philippi Nerii communicantur congregationi ejusdem oratorii sancti Philippi Nerii, civitatis Taurinensis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. **M**ilitantis Ecclesiæ regimini, meritis licet imparibus, per ineffabilem divinæ sapientiæ, atque bonitatis abundantiam præsidentes clericorum sæcularium congregationes in ecclesia Dei pie, sancteque institutas, uberesque honorum operum fructus assidue proferre satagentes, privilegiis, et gratiis libenter decoremus, sicut ad omnipotentis Dei gloriam, et animarum salutem cognoscimus in Domino expedire.

Expositio præ-  
cum correcto-  
rum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii presbyteri sæculares congregationis oratorii sancti Philippi Nerii civitatis Taurinensis, quod Nos per alias Nostras in simili forma Brevis hodie, seu nuper expeditas literas eandem congregationem prius auctoritate ordinaria erectam, auctoritate apostolica confirmavimus, nonnullisque gratiis, indultis, et privilegiis decoravimus, ipsiusque congregationis presbyteri sub eodem instituto sancti Philippi Nerii, quod dilecti pariter filii presbyteri sæculares congregationis oratorii ejusdem sancti Philippi Nerii in ecclesia ss. Mariæ, et Gregorii in Vallicella de urbe erectæ servant, hactenus vixerunt, et adhuc vivunt de præsentibus. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, regulæ, et instituta congregationis Romanæ subinde a recolendæ memoriæ Paulo V, Gregorio XV, et Urbano VIII romanis pontificibus prædecessoribus Nostri specialiter approbata, ipsique congregationi Romanæ, ac illius ecclesiæ presbyteris, ac personis ab eisdem, et forsitan aliis romanis pontificibus prædecessoribus Nostri multa privilegia, favores, gratiæ, indulgentiæ, exemptiones, regulæ, et in-

dulta concessa fuerint, prout in ipsorum prædecessorum literis apostolicis desuper respective expeditis uberius dicitur contineri. Ipsi vero exponentes regulas, et instituta hujusmodi receperint, seu recipere, et illa pro viribus observare parati sint, ac proinde eisdem quoque privilegiis, et gratiis frui, et gaudere posse plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur specialem ipsius exponentibus gratiam facere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, ac prædictarum literarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac insertis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, prædictæ congregationis oratorii sancti Philippi Nerii civitatis Taurinensis prædictæ, illiusque ecclesiæ, ac presbyteris sæcularibus, et personis nunc, et pro tempore existentibus, ut omnibus, et singulis privilegiis, favoribus, gratiis, ac indulgentiis, exemptionibus, regulis, et indultis memoratæ congregationi Romanæ, ejusque ecclesiæ, presbyteris, et personis per prædictos romanos pontifices prædecessores Nostros quomodolibet concessis, etiam specifica, et individua mentione, et expressione dignis, et quibus eadem congregatio Romana, ejusque ecclesia, presbyteri, et personæ, ex memoratorum pontificum prædecessorum Nostrorum concessione de præsentibus utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt (non tamen indulgentia perpetua a recolendæ etiam memoriæ Benedicto pp. XIII itidem prædecessore Nostro memoratæ ecclesiæ ss. Mariæ, et Gregorii in Vallicella sub certis modo, et forma tunc expressis concessa) pari modo uti, frui, et gaudere libere, et licite possint, et valeant in omnibus, et per omnia, perinde ac si privilegia, favores, gratiæ, indulgentiæ, exemptiones, regulæ, indulta hujusmodi ipsi congregationi civitatis Taurinensis, ejusque ecclesiæ, presbyteris, et personis specialiter concessa reperirentur, sine præjudicio tamen gratiarum, indultorum, et privilegiorum eidem congregationi civitatis

Concessio apo-  
stolica.

Taurinensis a Nobis, sicut præfertur, concessorum, et dummodo ipsius congregationis civitatis Taurinensis presbyteri, et personæ nunc, et pro tempore existentes regulas, et instituta pro dicta congregatione Romana, ut præfertur, approbata observent, apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Clausula snblata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentem literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attestari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit, dictæ congregationis civitatis Taurinensis, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima secunda aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCIII.

Confirmatio concessionis ecclesiæ, domorum, bibliothecæ, aliarumque rerum jam spectantium ad collegium suppressæ societatis Jesu civitatis Anconæ seminario dictæ civitatis factæ.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **N**uper pro parte dilecti filii nostri Joannis Octavii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Bufalini nuncupati Anconitanæ ecclesiæ ex concessione, et dispensatione apostolica præsulis expositum Nobis fuit, quod alias, die nempe decima octava decembris superioris anni 1773, et die decima quinta januarii proxime præteriti congregatio nonnullorum dilectorum filiorum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis suppressæ societatis Jesu a Nobis deputata Anconitano seminario ecclesiastico puerorum ecclesiam, et ædes extincti jam collegii dictæ suppressæ societatis, una cum bibliotheca, nec non sacra, profanaque suppellectili, aliaque concessit, et respective assignavit, sub nonnullis conditionibus, et declarationibus in plura capita distributis, quorum tenor est, qui sequitur, nempe.

Preces portæ pro obtinenda concessionis confirmatione.

§. 2. Primo. Cum ædes, quas seminarii alumni modo incolunt, commodo novi seminarii reliquerint EE. VV., ipsius propterea seminarii impensis tres abolitæ societatis individui, quorum unus sexagenarius, duo reliqui quinquagenarii sint annuo constituto stipendio sustententur. Hi autem sunt Franciscus Antonius Zaccaria, Franciscus Pisanus, et Antonius Maria Cosentinus, quemadmodum EE. VV. epistola sua die quinta elapsi mensis februarii declararunt.

Onera quibus alligata concessio fuit.

Secundo. Hæreditarius as Joannis Matthæi præsulis claræ memoriæ extincti collegii ecclesiæ variis cum obligationibus relictus, eidem seminario attributus in posterum censeatur, si sñi Domini nostri Clementis pp. XIV auverit voluntas, ita tamen, ut, adimpletis oneribus a testatore constitutis, seminarium insuper supradictæ ecclesiæ conservationem, in eaque piorum operum, quæ ibidem fieri solebant, adimplementum ære suo curet, prætereaque annua centum, et septuaginta octo scutata persolvat alendis individuis nationis Lusitanæ superstibus.

R r r r

Tertio. Ex redditibus bonorum suppressi collegii annua scutata septuaginta duo jussu EE. VV. pendenda erunt pro eleemosyna duarum missarum in collegii ecclesia quotidie celebrandarum.

Quarto. Eidem seminario publicas scholas impensa sua instituendi, retinendique onus injunctum fuit, cui propterea aedes etiam a summo ad imum concessæ fuerunt, in quibus eadem scholæ ab extinctæ societatis individuis exercebantur, ne quorum usu EE. VV. epistola illa diei quintæ februarii annuerunt, ut cardinalis episcopus Anconitanus, quemadmodum ipse magis expedire judicaverit, cum subcollectore conveniat, pro eo scilicet tempore, quo suppressi collegii bonorum administratio pro reverenda camera penes eum remanebit.

Quinto. Communitas Anconæ in subsidium stipendii magistris solvendi annua scuta sexaginta suppeditare debet, usque eo tamen, donec primus defecerit ex tribus individuis a seminario uti dictum fuit, sustentandis.

Sexto. Denique placuit EE. VV. supradicta die quinta februarii exercitiorum domum cum bonis omnibus ad eam spectantibus ejusdem cardinalis episcopi Anconitani plenario juri subijcere.

Approbatio sacre congregationis a Sanctis simo deputate super concessionem.

§. 3. Ad essequendum itaque præmissorum omnium effectum idem Joannes Octavius cardinalis, et episcopus a memorata prædictorum cardinalium congregatione petiit, ut ea, quæ summo consilio prolata fuerant, vellent ipsi actu perficere præcipiendo traditionem earumdem rerum in dictis capitibus contentarum, ac præterea postulavit favore supradicti ecclesiastici seminarii assignationem reddituum bonorum dicti Joannis Matthæi præsulis, qui inscripserat hæredem sacellum sancti Francisci Xaverii in ecclesia extincti collegii, et postquam illud ornatum fuisset, destinavit eosdem redditus ad amplio rem cultum ecclesiæ prædictæ, et ad conficiendam sacram suppellectilem; hincque assignationem reddituum hujusmodi, apostolica Nostra ad id accedente auctoritate, una cum prædictis oneribus eidem seminario concedi ipse plurimum desiderabat; eadem vero congregatio die decima præteriti mensis martii rescriptum edidit tenoris sequentis videlicet.

Sacra congregatio eorum, et rñorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium a ssmo Dño nostro deputata super negociis suppressæ societatis Je-

su, censuit rescribendum, prout rescripsit: Ad eum dominum cardinalem Carafa cum ssmo. Romæ 10 martii 1774.

Et facta præmissorum relatione ssmo Dño nostro per eundem eum dñum cardinalem Carafa in audientia habita die undecima ejusdem mensis, Sanctitas Sua remisit preces ad eandem sacram congregationem deputatam super negociis suppressæ societatis cum omnibus facultatibus necessariis, et opportunis, quibuscumque in contrarium non obstantibus: per Breve Romæ etc.

Quæ quidem sacra congregatio, utendo facultatibus ab eadem Sanctitate Sua vigore præinserti rescripti ipsi tributis, eum oratoris precibus benigne indulgit pro gratia concessionis ad effectum, et cum conditionibus juxta petita, quibuscumque in contrarium non obstantibus: expeditis desuper literis apostolicis in forma Brevis. = Romæ 17 martii 1774.

§. 4. Quocirca audita a Nobis sequenti die undecima ejusdem mensis super præmissis relatione dilecti filii Nostri Francisci Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis Carafa nuncupati prædicti, preces hujusmodi Nos remisimus ad eandem congregationem deputatam cum omnibus facultatibus necessariis, et opportunis, quibuscumque in contrarium non obstantibus. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dicta congregatio utendo facultatibus sibi a Nobis, ut præfertur, tributis, die postmodum 17 martii prædicti concessionis gratiam ad effectum, et cum conditionibus juxta petita, quibuscumque in contrarium non obstantibus, indulgendum esse censuerit; ipse vero Joannes Octavius cardinalis, et episcopus prædictam concessionem, aliaque præmissa a memorata congregatione indulta per Nos confirmari, et approbari summopere cupiat. Nos ejusdem Joannis Octavii cardinalis, et episcopi votis quantum cum Domino possimus favorabiliter annuere volentes, prædictam concessionem, et assignationem ecclesiæ, ædium, aliorum omnium præmissorum a memorata congregatione, ut præfertur, factam cum præinsertis conditionibus auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, omnesque juris, et facti, ac solemnitatem defectus, qui desuper quomodolibet intervenisse dici, aut censerì possint, supplemus, et sanamus, atque dictam ecclesiam, ædes, aliaque omnia præmissa, ut præfertur,

Confirmatio apostolica.

tradi, et consignari auctoritate, et tenore prædictis decernimus, et mandamus. Præterea redditus quoque bonorum a memorato Joanne relictorum, una cum omnibus ab ipso inunctis seminario prædicto pari auctoritate, et tenore assignamus, et applicamus.

Clausulæ salutaris, et irritantes.

§. 5. Decernentes ipsas præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sorti, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus dicti Joannis, aliorumque testatorum etiam ultima voluntate, quam ad præmissorum effectum specialiter, et expresse derogamus, et commutamus, nec non constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima sexta aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCIV.

Confirmatio alternativæ in electione prioris generalis servandæ a fratribus congregationis Hispaniarum ordinis sancti Joannis Dei.

Dat. die  
20. aprilis  
1774.  
Anno V.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **P**astoralis officii Nobis licet immeritis divina dispositione commissi curam exercere jugiter satagentes, ea quæ ad æqualitatem, pacem, tranquillitatemque inter personas præsertim divinis obsequiis sub suavi religionis iugo mancipatas firmandam, conservandamque provide, ac prudenter disposita, et statuta esse noscuntur, apostolicæ Nostræ auctoritatis munimine, dum id a Nobis petitur, libenti animo roboramus.

Procuratum.

§. 2. Nuper siquidem pro parte dilecti filii Didaci Navarro, et Aguirre vicarii generalis congregationis Hispaniarum fratrum ordinis sancti Joannis de Deo Nobis exponi fecit dilectus itidem filius Antonius Hartado prior generalis ejusdem congregationis, quod in illius capitulo generali habito mense maii MDCCLXXII in oppido civitatis nuncupatæ Matrili Toletanæ diœcesis idem Didacus vicarius generalis, omnibus vocalibus ibidem congregatis inter alia proposuit, ac dixit, unam ex principalibus causis, quarum ratione congregatio prædicta capitula tam generalia, quam intermedia habebat, eam præ cæteris esse, ut omnia, quæ ad beneficium, utilitatemque ipsius congregationis pertinebant, tractari, conferri, atque in eis constitui deberent; qua de re ipsi Didaco videbatur, præcipuam, atque capitulari animadversione magis dignam esse illam, nempe quod cum tres provinciæ congregationis Hispanicæ hujusmodi filiæ fideles essent unius, ejusdemque matris, et æque illius optime meritæ, hanc alternatim honore assequendi superius officium generalatus una quæque ex eis gaudere, frui, et potiri oportebat; cumque hæc esset æqualitas, et justitia distributiva, atque admodum consentanea bono regimini ipsius congregationis, ac paci, et quieti ejus professorum, nec non in pluribus aliis ordinibus regularibus jam constituta, hinc congregatio prædicta super hac re jam pridem egerat in aliis capitulis habitis tam de anno MDCCLXXIII, quam de anno

Expositio præsum.

MDCCLXXIV. , arguitisque utilitatibus, quæ eidem congregationi obvenire poterant ex constitutione, atque usu alternativæ hujusmodi in munere prædicto, et exoptantes illius vocales, ut quamprimum suum assequeretur effectum, in capitulo, quod habuerunt anno MDCCXLVII. , quoad hæc, sequentia decreverunt.

Decreta capituli generalis.

§. 3. Quoniam unica ratio propter quam concordia, pax, et tranquillitas assequi possunt inter provincias congregationis hujusmodi Hispaniarum, præsertim posteaquam ex duabus provinciis Beticæ, et Castellæ in capitulo generali habito die nona mensis februarii MDCCXXXVIII. tres provinciæ constitutæ reperiuntur, ea est, ut omnes alternative obtineant munus generalis, et hoc modo professores uniuscujusque ex illis honore hujusmodi participes evadant, ac propterea suæ obligationi satisfacere enitentur: hinc, ut præmissa suum obtineant effectum, ac totum cedat in honorem, et gloriam Dei, ac in majus dictæ congregationis augmentum, omnes vocales capituli hujusmodi decreverunt, ut, absoluto tempore regiminis tunc existentis prioris generalis Alphonsi a Jesu, et Ortega, eadem alternativa initium habere debeat, atque, ut prima provincia, quæ ejusmodi prærogativa frui valeret, illa esset sancti Joannis de Deo fundatoris nuncupata Granatensis, seligendo nempe unum ex professoribus filiis ejusdem provinciæ, vel in ea adoptatum pro superiore generali in primo capitulo celebrando post completum tempus dicti Alphonsi: deinde vero alternativam eodem modo obtinebit alia provincia ipsius sancti Joannis Dei Castellæ nuncupata, quam subsecutura erit altera provincia Nostræ Dominæ de Pace Hispalensis pariter nuncupata, et sic continuando locum sibi etiam vindicare poterit provincia quoque sancti Joannis Dei Portugalliæ pariter nuncupata, quatenus tamen constet, quod iterum conjuncta sit eidem congregationi Hispaniarum, quodque occasione unionis, seu conjunctionis hujusmodi, aliter in melius ejusdem provinciæ Portugallensis regimen conventum minime fuerit. Præterea vocales prædicti se se obligarunt præmissa servare, et adimplere, nec unquam adversus ea conqueri, omniaque super his disposita in præcedentibus capitulis abrogarunt, et quidquid de definitioribus præscriptum reperitur in constitutionibus ordinis, et congregationis hujusmodi apostolica auctori-

tate confirmatis exequi voluerunt, eidem tunc existenti priori generali supplices instando, ut apostolicæ hujus sanctæ Sedis approbationem obtinere curaret, atque hoc modo certa, et clara videri posset voluntas, qua omnes suum ad id consensum præstiterant, ipseque vicarius generalis omnia approbavit, ac se executioni eorum paratum exhibuit. Auditis itaque, ac intellectis ab omnibus vocalibus, qui eidem capitulo, ut præfertur, habito anno MDCCLXXII. interfuerunt, cunctis præmissis, quæ jam pridem decreta reperiuntur in alio priori capitulo celebrato anno MDCCXLVII. se se in omnibus, et per omnia conformes reddiderunt resolutioni tunc captæ, illamque iterum decreverunt, et jusserunt, ut executioni demandanda esset alternativa prædicta, quippe quia admodum justum videbatur, quod tres provinciæ hac prærogativa pariformiter potiri deberent, incipiendo a Granatensi, indeque continuando gradatim in aliis Castellæ, et Hispalensis per turnum incohandum in generali capitulo habendo anno MDCCLXXV. , ac prout latius ex actu capitulari diei VII. maii MDCCLXXII. a vocalibus prædictis subscripto, cujus tenorem præsentibus pro pleæ, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

§. 4. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, præmissa omnia in capitulo generali hujusmodi anno MDCCLXXII. decreta, atque sancta, quo firmiter subsistant, et serventur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiti dicti exponentes plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, legem alternativæ inter memoratas provincias congregationis hujusmodi servandæ in eligendo priori generali congregationis Hispaniarum ordinis sancti Joannis Dei ab eisdem capitulis habitis anno MDCCXLVII. et MDCCLXXII. volitam, atque præscri-

Postulatio pro confirmatione decretorum, quæ libenter indulgetur.



ptam apostolica auctoritate, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis, ac perpetuæ apostolicæ firmitatis robur adiicimus, omnesque juris, et facti, ac solemnitatum defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus. Quo circa per præsentibus injungimus, et mandamus, ut in capitulo generali dicte congregationis, quod, benedicente Domino, habendum erit anno proximo futuro MDCCLXXV. prior generalis congregationis hujusmodi eligendus sit ex memorata provincia Granatensi, et absoluto tempore per constitutiones ordinis, et congregationis præfatæ præscripto, in ejus locum deinde alter ex prædicta provincia Castellæ assumi debeat, postea vero gradatim ad electionem alterius ex memorata provincia Hispalensi procedatur, sicque deinceps alternative, ac per turnum electionem prædictam perpetuo faciendam esse auctoritate, et tenore prædictis decernimus, atque præscribimus. Per præsentibus autem non intendimus, ullum præjudicium illatum esse alteri provincie Portugallensi prædictæ, sed juxta præmissa, quatenus eidem congregationi denuo ipsa canonice uniatur, nec aliter in majorem ejus utilitatem, ac bonum occasione unionis hujusmodi conventum fuerit, eam quoque locum in hac alternativa electione post præfatam Hispalensem provinciam obtinere debere auctoritate, et tenore similibus statuimus et declaramus.

Clausula sub-  
bl. 4., et decre-  
ta irritans.

§. 5. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter respective observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non congregationis, ordinis, et provinciarum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum qui-

busvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo, ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCV.

Dat. die  
22. aprilis  
1774.  
Anno V.

Assignatio quatuor cathedrarum ecclesiarum Leiriensis, Mirandensis, Portalegrensis, et Elvensis pro quatuor professoribus ab universitate Conimbricensi præsentandis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. **S**cientiarum omnium, et liberalium artium studia, quæ ad rempublicam regendam, tuendam, administrandamque, quam maxime conferunt, ubique inter Christifideles omnes promovere, conservare, et augere, pro commisso Nobis divinitus pastoralis sollicitudinis munere jugiter satagentes, ea omnia concedimus, quæ in illorum utilitatem, atque incrementum cessura fore conspicimus, ac votis excelsorum principum id postulantium annuimus, sicuti rerum, locorum, ac temporum circumstantiis mature perpensis, in Domino expedire arbitramur.

Proemium

§. 2. Nuper siquidem pro parte carissimi in Christo filii Nostri Josephi Portugallie, et Algarbiorum regis fidelissimi Nobis exposuit dilectus filius Franciscus de Almada, et Mendoca præceptor, seu commendatarius militiae domini Nostri Jesu Christi, et ipsius Josephi regis apud Nos, et apostolicam hanc sanctam Sedem minister plenipotentiaris, quod cum celeberrima Conimbricensis universitas voluntate, cura, ac liberalitate tunc existentis Portugal-

Status universitatis.

liæ, et Algarbiorum regis instituta, erecta, atque sicuti regnorum hujusmodi vires tunc postulare videbantur, jamdudum dote provisa fuisset; hoc sane regio, ac laudabili exemplo permoti, excitatique alii successores reges æquali liberalitate, ac utilitate nonnullis aliis foundationibus, reformationibus, et largitionibus universitatem prædictam indesinenter cumulare non omiserunt. Re autem ipsa ex regio eorum patrimonio amplis redditibus, terrarum dominiis, patronatus, aliisque juribus, nec non conspicuis exemptionibus dicti reges illius dotem auxerunt, eique partim ex suppressis aliis monasteriis, partim vero ex portionibus reddituum opulentorum monasteriorum sanctæ Crucis Conimbricensis, et de Alcebaça vulgo nuncupatorum, atque ex decimis plurium ecclesiarum ampliores fractus, ac introitus, apostolica accedente auctoritate, operi huic tam pio, et sancto unire simul curarunt.

Providentiam  
expostulatæ  
pro ampliatio-  
ne honorificen-  
tiæ universita-  
tis.

§. 2. Tot itaque regiæ beneficentiæ favoribus cumulata universitas prædicta ad eum honoris, et divitiarum gradum pervenit, ut rectorum, lectorum, officialium, ac ministrorum stipendia persolvere, nec non conservationis ædificiorum, ac divini cultus in regia sua cappella sumptuosas expensas commode subire ipsa valeret. Ne insuper quidquam deesset, atque ut juventus validioribus stimulis percita, et excitata nobiliores ex scientiarum studiis fructus inde perciperet, ac laudabili sane æmulatione magisterii honorem assequi adniteretur, ipsis instantibus Portugalliæ, et Algarbiorum regibus, apostolica auctoritate donatæ fuerunt eidem universitati cathedræ magistræ ecclesiarum cathedralium regnorum hujusmodi pro iis, qui in eadem universitate sacræ theologiæ studiis operam dedissent, et doctorales cathedræ dictarum cathedralium pro aliis, qui vel canonico juri, vel si ecclesiastica qualitate pollerent, etiam civili vacassent, et ab ipsa universitate nominati essent, reservata eisdem regibus tamquam patronis approbatione illorum, qui ita nominati reperiebantur. Præterea quoque in more habuerunt ipsi reges suis literis lectores facultatum prædictarum ad præcipua eorum tribunalia majora evocare, ut inde alii scientiarum hujusmodi professores in eorum muneribus obeundis diligentiores, alacrioresque redderentur. Nec miuora in ejusdem universitatis compendium ipse quoque Josephus rex contulit beneficia. Vix enim ad regales

sedes assumptus, cum literarum studia in facultatibus omnibus admodum ibidem decrevissent, atque in præceptis tunc usque fererentur, his malis omnibus remedium omnino adhibere, ac studia ipsa restaurare primum curavit, deindeque novam, ac magis decoram foundationem instituit, et provida maxime statuta edidit, quibus universitatem prædictam ad splendidiorē sane gradum nunc evertit, et auxit: præterea novam pariter facultatem ex unione scientiarum omnium, quæ mathematicæ studium respiciunt, quæque utiliores sunt, et ferme necessariæ, ad alias scientias addiscendas in servitium Ecclesiæ Dei, atque in reipublicæ bonum in ea constituere voluit, ac mandavit.

§. 3. Cum autem sicut eadem expostitio subjungebat, nullus omnino ex iis stimulis condigni præmiū assecutionis cathedrarum professoribus theologiæ, ac utriusque juris assignatarum, pro facultate hac, scientiisque mathematicis ejusmodi, præscriptus reperiretur, ipse Josephus rex, ac dominus, et protector, atque patronus dictæ universitatis quatuor cathedras magistræ ecclesiarum cathedralium Leiriensis, Mirandensis, Portalegrensis, et Elvensis universitati prædictæ donare constituit, illarumque duas totidem facultatis, et scientiarum hujusmodi professoribus ecclesiasticis, reliquis vero duobus suppressis, atque erectis in præceptorias, seu commendas militiæ Jesu Christi, cujus idem Josephus rex administrator perpetuus apostolica auctoritate deputatus existit, illas duobus fratribus ejus militibus, ac pariter professoribus facultatis, et scientiarum prædictarum perpetuo concedere, et assignare plurimum desiderat.

Ratio concessio-  
nis.

§. 4. Nos ipsius Josephi regis eximium zelum, singularemque sollicitudinem in literarum studiis restaurandis, fovendis, augendisque quam maxime in Domino commendantes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, memoratas duas cathedras magistræ prædictarum ecclesiarum cathedralium Leiriensis, et Mirandensis conferendas esse in ecclesiasticos mathematicæ professores, quos ad præsentationem universitatis Conimbricensis hujusmodi ipse Josephus rex, ejusque pro tempore in regnis Portugalliæ, et Algarbiorum reges acceptaverint, et approbaverint, auctoritate apostolica tenore præsentium decernimus, et mandamus; reliquas vero duas cathedras ecclesiarum cathedralium Portalegrensis, et

Concessio apo-  
stolica.

Elvensis ejusmodi quoad obligationem residentiae, et ministerii suppressas censerī, et esse auctoritate, et tenore praedictis volumus, ac declaramus, illasque una cum suis redditibus, et proventibus translatas, ac institutas reputari, et esse in novas praepceptorias, seu commendas ordinis militaris Domini Nostri Jesu Christi, atque in laicos mathematicae scientiae professores, qui ad praesentationem pariter dictae universitatis ab ipso Josepho, ejusque successoribus regibus praedictis, accepti, et approbati fuerint, deinde admissi ad habitus praedicti ordinis susceptionem, conferendas esse auctoritate, et tenore praedictis statuimus, atque praescribimus.

Clausulae salutare, et irritantes.

§. 5. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, nec de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam substantiali, et formali, ac inexcogitato, et inexcogitabili, necessariamque expressionem requirente defectu notari, impugnari, restringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci ullo modo unquam posse; sicque, et non aliter in praemissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales de latere legatos, et Sedis apostolicae nuntios, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non quatenus opus sit, earumdem ecclesiarum cathedralium, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus

specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut quaevis alia expressio ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima secunda aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus nostri anno quinto.

CCCVI.

Facultas abbati generali pro tempore existenti congregationis Silvestrinorum ordinis sancti Benedicti impertiendi munus benedictionis aliis abbatibus dictae congregationis.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **A**postolicae benignitatis, et munificentiae Nostrae significationes, in eos, qui sanctioribus ordinum regularium institutis addicti uberes in vinea Domini virtutis, et honestatis afferunt fructus, libenter conferimus, eorumque votis, et precibus animum propensius intendimus, sicuti, omnibus mature perpensis, in Domino magis expedire conspiciamus.

Proemium.

§. 2. Exponi siquidem nobis nuper fecerunt dilecti filii Karolus Franceschini abbas generalis, ac Josephus Colocci procurator generalis congregationis monachorum Silvestrinorum nuncupatorum ordinis sancti Benedicti, quod licet in concilio Romano novissime celebrato, et in constitutione IV. felicitis recordationis Benedicti pp. XIII. praedecessoris Nostri sancitum reperiat, ut abbates regulares benedictionis munus ab eorum respective dioecetano episcopo recipere debeant, nihilominus cum aliae omnes congregationes monachorum hujusmodi eo fruuntur privilegio apostolico, quo possunt illarum abbates generales aliis inferioribus abbatibus suae respectivae congregationis munus praedictum impertiri, hinc

Expositio praecum.

Dat. die  
29. aprilis  
1774.  
Anno V.

et ipsi exponentes nunc, et pro tempore existenti abbati generali congregationis praedictae monachorum Silvestrinorum privilegium hoc per Nos concedi plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportunè providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, eidem Karolo moderno abbati generali praedictae congregationis Silvestrinorum, ejusque successoribus, dummodo ipsi praecedenter benedictionem juxta formam pontificalis Romani a catholico antistite gratiam, et communionem Sedis apostolicae habente receperint, benedictionem aliis abbatibus canonicè electis, et eligendis ejusdem congregationis in omnibus, et per omnia ad instar indulgentium aliis congregationibus monasticis concessorum a romanis pontificibus praedecessoribus Nostris, impertiri libere, et licite possint, et valeant, plenam, et amplam facultatem, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus praemissis, aliisque apostolicis, et in universalibus ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima nona aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCVII.

Dat. die  
30. aprilis  
1774.  
Anno V.

Indictio universalis jubilaei anni sancti ab universo catholico orbe lucrandi.

Clemens Episcopus servus servorum Dei

Universis Christifidelibus praesentes litteras inspecturis salutem, et apostolicam benedictionem.

Proemium.

§. 1. **S**alutis nostrae auctor Dominus Noster Jesus Christus, cum ab antiqua peccati servitute ad vitam ac li-

bertatem sua passione, ac morte vindicasset homines, atque in suae gloriae cohaereditas, ac Dei filios cooptasset, immensum hoc iisdem beneficium adjuvit, nimirum siqui naturae infirmitate, suaque pravitate ab hac praecleara divinae haereditatis conditione misere deciderent, ut paratam rationem expiandi criminis haberent, et potestate illa remittendi peccata, una cum caelestis regni clavibus apostolorum principi tradita, ad pristinam justitiam, atque ad redemptionis fructus percipiendos reintegrari possent.

§. 2. Cum haec una divinae gratiae, ac salutis restituendae via relicta sit iis, qui a lege Domini aberrarint, nullam majorem curam beati Petri, ejusque potestatis successores adhibuerunt, quam ut omnes ad hos misericordiae fontes evocarent, poenitentibus veniam pollicerentur, atque offerrent, et scelere alligatos, ac nexos modis omnibus ad remissionem allicerent. Qua quidem in re ad aeternam hominum incolumitatem pernecessaria, quamquam assidue apostolici eorum ministerii curae sint versatae, tamen opportuniora quaedam tempora constituere, ac seligere voluerunt, quibus peccatores ad placandam divinam justitiam, atque ad poenitentiam, tamquam ad unicam post naufragium tabulam, ampliori reconciliationis, ac veniae spe proposita excitarent, sibi que concediti indulgentiae thesauri copiam omnibus facerent. Propterea neque hominum aetas hac maxima propitiationis utilitate careret, jubilaei annum sanctum, annum scilicet remissionis, et gratiae singulo quoque vicesimo quinto anno celebrandum, et hoc misericordiae perfructum in ipsa religionis Sede aperiendum instituerunt. Quorum saluberrimam consuetudinem Nos item consecrati eundem annum jam appropinquantem vobis universis, dilecti filii, qui in unitate, et consensione fidei Nobiscum, et cum hac sancta Catholica Romana Ecclesia conjuncti estis, mature nunciamus, vosque ad animarum vestrarum salutem operandam, et ad ea, quae maxima esse possunt, sanctificationis vestrae comparanda praesidia cohortamur. Quaecumque dispensationi Nostrae sunt traditae a Christi sanguine profluentes clementiae, et miserationis divitiae, universas reserabimus. Praeterea locupletissimam satisfactionum copiam, quae beatissimae Dei matris, atque apostolorum meritis, sanguine martyrum, bonorum omnium denique sancte pieque factis continen-

Ratio indictio-  
nis universalis  
jubilaei.

tur, vobis affatim patefacturi sumus, quo faciliorem pacis, ac veniæ consequendæ aditum, tam amplis subsidiis a sanctorum communionem profectis præstemus. Sanctorum siquidem præclara societate, ac communionem conjungimur, quicumque in unum Ecclesiæ corpus, quod Christi corpus est, colligati sumus. Omnes illius sanguine irrigamur, ac vivificamur, et singulis prodesse singuli possumus. Quo enim clarior esset, atque illustrior sui amoris, ac misericordiæ magnitudo, atque infinita passionis, ac meritorum suorum vis, atque efficacia, redundare eandem voluit, ac adungi reliquis mystici corporis partibus, ut ipsæ etiam mutua inter se opera, atque utilitatum communicationem ab illo gratiæ fonte derivata propter unitatem juventur, utque hunc in modum æterni patris benignitas ad clementiam erga nos adhibendam, et immenso filii sui sanguinis pretio, et illius causa, ac virtute, sanctorum etiam meritis, ac suffragationis accessionem moveretur. Ad hanc igitur indulgentiæ participandam ubertatem, atque ad hos Ecclesiæ thesauros vos compellamus; et more, institutoque majorum, ac de venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium consensu, universalem, ac maximum anni sancti jubilæum in hac alma urbe Nostra celebrandum anno proximo millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, a primis vespere vigiliæ nativitatis Domini Nostri Jesu Christi hujus anni inchoandum, et per totum sequentem annum duraturum, auctoritate omnipotentis Dei, et beatorum apostolorum Petri et Pauli, et Nostra, ad ipsius Dei gloriam, Catholicæ Ecclesiæ exaltationem, et totius christiani populi sanctificationem indicimus, ac promulgamus.

§. 3. Quo quidem jubilæi anno durante, omnibus utriusque sexus Christianifidelibus vere pœnitentibus et confessis, sacraque communionem refectis, qui beatorum Petri, et Pauli, necnon sancti Joannis Lateranensis, et sanctæ Mariæ majoris de urbe basilicas semel saltem in die, per triginta continuos, aut interpolatos dies, sive naturales, sive etiam ecclesiasticos, nimirum a primis vespere unius diei, usque ad integrum ipsius subsequenti diei vespertinum crepusculum computandos, si romani vel incolæ urbis, si vero peregrini, aut alias externi fuerint, per quindecim saltem hujusmodi dies devote visitaverint, et pro Sanctæ Eccle-

siæ exaltationem, hæresum extirpationem, catholicorum principum concordiam, et christiani populi salutem, et tranquillitatem, pias ad Deum preces effuderint, plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam, remissionem, et veniam misericorditer in Domino concedimus, et impertimur.

§. 4. Et quoniam evenire potest, ut ex iis, qui hac de causa iter aggressi fuerint, vel ad urbem se contulerint, aliqui in via, aut etiam in ipsa urbe, morbo, vel alia legitima causa detenti, aut morte præventi, præfinito dierum numero non completo, ac fortasse ne inchoato quidem, præmissa exequi, et dictas basilicas visitare nequeant: Nos piæ, promptæque illorum voluntati, quantum in Domino possumus, henigue favere cupientes, eosdem vere pœnitentes, et confessos, ac sacra communionem refectos prædictæ indulgentiæ, et remissionis participes perinde fieri volumus, ac si dictas basilicas diebus a Nobis præscriptis reipsa visitassent, ut præfatis necessitatibus impediti, desiderii sui effectum, dono sancti Spiritus consequantur.

§. 5. Agite igitur universi Ecclesiæ filii, tempus hoc acceptabile, hos dies salutis præterlabi minime sinite, quin tantam propitiationis opportunitatem ad divinam conciliandam justitiam, et assequendam gratiam adhibeatis. Nolite committere, ut itinerum labores, et commeandi difficultates moram vobis afferant. Neque enim convenit, cum rei augendæ cupidos, ac urbium visendarum studio incensos nulla incommoda, atque impedimenta retinere, ac remorari possint, vos in comparandis cælestis gratiæ copiis, atque in atriis Domini adeundis esse tardiores. Labores ipsi, tam præstanti consilio suscepti magno vobis adjumento esse poterunt ad aberrimos pœnitentiæ fructus referendos. Ac propterea vetus hæc peregrinationum consuetudo plurimæ semper utilitatis in Ecclesia fuit habita, quod molestiæ, ac tædia in iis perficiendis percepta, et compensationem præteritorum scelerum essent, et pœnitendi voluntatem confirmarent. Ac si vestri animi ardor, atque accensa in Deum charitas hujusmodi molestiæ sensum vobis adimet, aut leniet, tamen hæc spiritus alacritas maximam vim obtinendæ veniæ habebit, et in partem satisfactionis pro peccatis debitæ accedet, cum eidem, qui multum diligit, multum etiam remittatur. Quare ascendite in civitatem Sion, et domus Domini uber-

Speciales limitationes.

Adhortatio ad universos Christianifideles.

Opera præstanda pro assuetudine jubilæi.



tate replemini. Ipse hujus urbis fidei, ac pietatis domicilii aspectus, sepulcra apostolorum, martyrum monumenta vos ad pœnitentiam agendam, ac Deum vobis placandum commovebunt. Cum terram hanc eorum sanguine imbutam lustrabitis, cum tot eorum sanctitatis vestigia in vestros oculos undique incurrent, fieri non poterit, ut quorum instituta, ac leges, quas secuti illi sunt, et consecrari vos profiteamini, ab eorundem imitatione longissime abesse non vehementer vos pœniteat. Templorum autem majestas, divini cultus dignitas quantopere vos excitabit, ut cum Dei vivi templum vos esse memineritis, eo studiosiores in illo divini gratiæ muneribus exornando sitis, quo antea procliviores in eodem violando, ac Spiritu sancto contristando fuistis. Jam vero aliorum etiam lacrymæ, et sua delicta plorantium, sibi que a Deo veniam expetentium gemitus mirifice vos ad parem pietatis, et doloris sensum impellent. Sed in hoc vestro mœrore, ac luctu maximum una voluptatis fructum vobis pariet hæc ipsa tot gentium, ac nationum ad pœnitentiæ, et justitiæ opera confluentium multitudo. Neque enim ullus vobis illo gratior, atque pulchrior esse poterit conspectus, qui præclarissimum crucis, ac Religionis triumphum omnium oculis quodammodo præferret. Sed maxima potissimum erit Nostra ex hoc pene universo Ecclesiæ liberorum conventu jucunditas. Ex mutua hac vestra charitatis, et pietatis contentione magna item præsidia, atque adjumenta Nobis minime defutura arbitramur. Confidimus enim in vestris ad Deum precibus memores vos futuros communis vestri, vestrumque omnium amantissimi parentis, et cum una Nobiscum peccati eritis summum honorum largitorem pro fidei catholiciæ incolumitate, pro populorum omnium ab ejus unitate aberrantium reditu, pro tranquillitate Ecclesiæ, ac principum christianorum felicitate, Nostram infirmitatem in gravissimo sustinendo munere votis, ac obsecrationibus vestris sublevaturos.

Episcopus sibi  
adjutores exoptat  
Pontifex, illosque deprecatur  
ut alacrius solliciti  
animarum curæ  
studere velint.

§. 6. At vos, venerabiles fratres patriarchæ, primates, archiepiscopi, episcopi, Nostras has sollicitudines adjutate, et Nostras una partes, ac vestras agite: tempus hoc pœnitentiæ, ac propitiationis annunciate populis sedulitati vestræ conceditis, omni que opera, atque auctoritate vestra curate, ut hæc comparandæ veniæ opportunitas, quam paterna charitate omnibus ex veteri Ec-

clesiæ instituto suppeditamus, maximam utilitatem ad animarum salutem afferat. A vobis audiant, quibus christianæ humilitatis, ac misericordiæ operibus exerceri eos oporteat, quo paratior veniam ad præclaros hos cœlestis gratiæ fructus hauriendos: in jeuniis esse versandum, orationes, atque eleemosynas adhibendas, et præceptis, et exemplis vestris intelligant. Vos ipsi, venerabiles fratres, si qui ad pastorales vestras vigilias id adjugetis, ut partem aliquam vestri gregis ad hanc religionis arcem, ad hos indulgentiæ fontes, ad Nos, qui paterno animo vos excepturi, et complexuri sumus, deducatis: præterquam quod, plurimus accedet ad hanc celebritatem splendor, maximas sane divini misericordiæ opes ex tam egregia opera, ac labore comparabitis, et easdem tamquam uberrimas merces referentes, cum reliquo vestro populo jucundissime communicabitis.

§. 7. Minime quoque dubitamus, charissimos in Christo filios Nostros imperatorem electum, reges, ac principes omnes catholicos Nobis auctoritate sua præsto futuros, ut hæc de animarum salute consilia Nostra, eximios, quos optamus, eventus habeant. Eos itaque vehementer rogamus, atque hortamur, ut pro præclaro suo religionis studio venerabilium fratrum episcoporum sedulitati consentiant, eorumque curas adjuvent, commœnantibus itinera, atque hospitia tuta reddant. Profutura hæc illis magnopere ad regni tranquillitatem non ignorant, sibi que propitium, ac placabilem Deum ipsum eo magis effectura, quo sua ipsi opera in illius agenda apud populos gloria erunt accuratior.

Adhortatio ad  
Principes.

§. 8. Ut vero præsentibus literæ ad omnium fidelium, quibuscumque in locis existentium, notitiam facilius perveniant, volumus eorum exemplis etiam impressis, manu notarii publici subscriptis, ac personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ sigillo munitis, eandem prorsus fidem haberi, quæ haberentur ipsis præsentibus, si exhibitæ forent, et ostensæ.

Publicatio literarum.

§. 9. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ indictionis, promulgationis, concessionis, hortationis, rogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum

Sanctio poenalis.

Romæ apud sanctam Mariam majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pridie kalendas maii, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCVIII.

Dat. die  
4. maii  
1774.  
Anno V.

Præscribuntur qualitatès requisitæ in iis, qui admissionem petant ad collegia della Mercanzia, e Cambio nuncupata civitatis Perusinæ etc.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam

Proemium.

§. 1. Civitatum omnium splendor, et ornamentum, quod in civium nobilitate potissimum residet, merito postulat, atque exigit, ut ea, quæ in ejusdem nobilitatis conservationem, ac decus provide, prudenterque statuta esse dignoscuntur, apostolicæ Nostræ confirmationis patrocinio, dum id a Nobis petitur libenti animo robaremus.

Status collegii nuncupati della Mercanzia, e Cambio civitatis Perusinæ.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Jurati nuncupati nobilium collegiorum vulgo della Mercanzia, e Cambio nuncupatorum civitatis Nostræ Perusinæ, quod licet ipsi a tempore memoriam hominum excedente in possessione essent, non admittendi inter eos ad collegia hujusmodi, nisi illos, qui antiqua, simulque conspicua nobilitate præditi essent, quique post secutam eorum admissionem dictæ civitatis patritii nuncupabantur, nihilominus minus, cum in antiquissimis eorundem collegiorum statutis præscripta minime reperirentur ea requisita, quæ in novis admissionibus ab immemorabili consuetudine invecata, et constabilita fuerunt, inde evenit, quod collegia prædicta sumptuosas lites per sæpe etiam subire debuerint ab iis promotas, qui non pollentes iis omnibus requisitis a prædicta consuetudine volitis, adhuc se se admittendos esse contendeant. Ut igitur tot controversiarum origo removeretur ambo hæc collegia anno 1670, ac anno 1774 postquam tunc existentes Jurati simul convenerant, statuerunt regulam, ac methodum in novis admissionibus peragendis omnino servandam, simulque perscripserunt requisita, quæ in petentibus admissionem hujusmodi necessaria essent, ac alias prout in resolutionibus tunc

Bull. Rom. Tom. IV.

temporis desuper habitis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur. Veram, quia in eisdem resolutionibus, ea, qua par erat charitate, res omnes declaratæ minime fuerunt, hinc postmodum quoque collegia prædicta, seu eorum Jurati alias quoque lites substinere debuerant adversus eos, qui absque requisitis per easdem resolutiones præscriptis eorum admissionem postulabant. Idque unperrime etiam evenit in controversia excitata a dilecto filio comite Joanne Baptista Baldelli coram congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium consultationibus civitatum, et terrarum status Nostri ecclesiastici præpositorum, in qua licet idem Joannes Baptista pro sua admissione in collegium del Cambio, proposita primum causa, rescriptum obtinuerit, in nova tamen illius propositione die 23 februarii 1768 ejusdem collegii juribus perpensis, resolutio prodit = *Recedendum a decisis, et Joannes Baptista Baldelli utatur jure suo in collegio Cambii ad formam consuetudinis* = Itaque, ut, quoad fieri potest, magnæ aliarum litium, et controversiarum expensæ ab utroque collegio hujusmodi in aliis novis admissionibus in posterum vitandæ essent, atque hi, qui admissionem hanc petant, clare ac perspicue scire valeant, quæ, qualia, et quanta esse debeant in eis requisita pro hujusmodi admissione obtinenda, dicti exponentes e re sua putarunt, se se collegialiter congregare, ac melius declarando resolutiones editas, ut præferatur, tam anno 1670 quam anno 1674 nova præscriptione distincte statuerunt conditiones, et requisita, quibus juxta immemorabilem consuetudinem copulative præditi esse debeant illi, qui futuris temporibus admissionem suam exoptent ad collegia prædicta. Quæ de re die quinta januarii currentis anni 1774 collegium della Mercanzia hujusmodi sequentem edidit resolutionem.

§. 3. Inoltre da detto sig. console fu esposto che essendosi considerato dai nobili signori Ginrati di questo nobilissimo collegio detto della Mercanzia, che per mantenere il lustro, e lo splendore del medesimo, che per un tempo immemorabile ha sempre in se racchiuso soggetti delle primarie famiglie, e delle più specchiate nobiltà del paese, ha creduto opportuno, ad oggetto di togliere qualunque differenza, che fosse mai potuta insorgere a motivo de' signori

Resolutio collegii.

pretendenti all' ammissione , di stabilire fin dal 1670 le provanze , che si richiedevano per l' effetto di potere ottenere l' ingresso , e l' aggregazione nel riferito collegio. E desiderandosi anche presentemente di vieppiù conservare il lustro, e la tranquillità di esso , riconoscendosi esser molto giovevole di venire peraltro a qualche più maturo provvedimento , che meglio spieghi , ed apertamente dichiarar la qualità delle provanze , che si ricercano per togliere , e sopire quelle difficoltà , che sono insorte per il passato , e che hanno dato causa alle liti sostenute con molto dispendio del nostro collegio , quindi è che si propone , se piaccia , con derogare a qualunque altra risoluzione contraria , di risolvere , e determinare , che chiunque in appresso vorrà fare la petizione di essere ammesso in detto collegio della Mercanzia , debba presentarsi ai signori consoli pro tempore , e avanti di essi legittimamente , e con prove autentiche giustificare.

§. 4. 1.° Che gli autori del signor pretendente per lato paterno non abbiano per anni duecento esercitati mestieri meccanici.

2.° Che parimenti per il corso di un simile tempo siano vissuti di entrata con trattamento *more nobilium* , giustificando insieme di aver contrattati matrimonj nobili , o almeno convenienti , decorosi , e civili.

3.° Che particolarmente in tempo dell' ammissione la famiglia del sig. pretendente posseda un patrimonio bastante per vivere *more nobilium* , ed insieme sia trattata , considerata , e si dia trattamento ad uso degli altri nobili di questa città.

4.° Che il sig. pretendente , siccome avendo l' ingresso in collegio , deve assumere il carico delle magistrature , e delle giudicature , come anche la soprintendenza , ed ingerenze negli affari economici non meno del pubblico , che del collegio , debba essere di età di anni 20 compiti , di lodata vita , e di buona aspettazione , e discernimento.

5.° Che se per avventura il sig. pretendente sarà di una qualche famiglia , che abbia avuto ascendenti , o trasversali nell' accennato collegio , debba nondimeno provare , che dal tempo in cui cessò di vivere un tale ascendente , o trasversale aggregato al collegio fino al tempo , in cui dal sig. pretendente si promuoverà l' istanza per la sua ammissione , non meno esso , che quelli della sua famiglia siano sempre vissuti con

proprietà , e decoro *more nobilium* , abbiano fatti parentadi della stessa qualità , e natura espressa di sopra nel capitolo secondo , siano stati tenuti , e trattati come gli altri nobili della nostra città , e che il sig. pretendente , o pure la famiglia di lui , colla quale abiti , e conviva , goda , ed attualmente possieda un patrimonio sufficiente per vivere , e trattarsi con splendore , e nobilmente , come sopra.

6.° Che in vista di tutte le ridette prove legalmente fatte , e di tutti i requisiti sopra espressi , che tutti dovranno cumulativamente verificarsi nel pretendente , di modo che uno , che ne manchi , si abbia per incapace , possa ammettersi il sig. pretendente dalli signori consoli alle solite pratiche , ma però che a forma dello stile fin da tempo immemorabile praticato le medesime prove fatte sopra i già detti requisiti non possano dirsi riconosciute , ed ammesse per concludenti , e legittime , se non se dalla generale adunanza , nè debbano riputarsi per approvate , se non almeno con una delle tre parti de' voti favorevoli della stessa generale adunanza per scrutinio segreto.

§. 5. Et posito partito ad bussolam , ut moris est , illoque postea detecto , fuit repertum obteatum per omnia vota alba favorabilia n.° 13. Collegium vero di Cambio nuacupatum habitum die octava ejusdem mensis januarii sua resolutione id ipsum declaravit , ut sequitur nempe = Fu adunanza degli illm̄i signori uditori , e giurati di questo nobile collegio del Cambio , ed intervennero

#### Illm̄i signori

sig. cav. Luzio Baldelli primo ( uditori  
sig. Cesare Alfani secondo |  
sig. Trojano Vermiglioli  
sig. Co. Omero Montesperelli  
sig. Scipione Capra  
sig. Scipione Alessandri  
sig. Giuseppe Sensi  
sig. cav. Francesco M. degli Azzi  
sig. Agostino Vermiglioli , e  
sig. Vincenzo Patrizi

§. 6. A quali così adunati = omis-  
sis aliis de voluntate etc. Essendosi dalli nobili signori Giurati del nobile collegio del Cambio per mantenere il lustro , e lo splendore del medesimo , che per un tempo immemorabile ha sempre in se racchiuso soggetti delle primarie famiglie , e della più specchiata nobiltà del paese , creduto opportuno ad oggetto

Sanctio dietorum requisitorum.

Alia conditiones pro conservacione decuria , et dignitatis collegii.

Tenor requisitorum exhibendum ab his qui admitti in collegio desiderant.

di togliere qualunque differenza, che fosse mai potuta insorgere a motivo de' signori pretendenti all' ammissione, di stabilire fin dal 1670 e 1674 le provanze, che si richiedevano per l' effetto di potere ottenere l' ingresso, e l' aggregazione nel riferito collegio, e desiderandosi anche presentemente di vieppiù conservare il lustro, e la tranquillità di esso riconoscendosi esser molto giovevole di venire per atto a qualche più maturo provvedimento, che meglio spieghi, ed apertamente dichiarare la qualità delle provanze che si ricercano per togliere, e sopire quelle difficoltà, che sono insorte per lo passato, e che hanno dato causa alle liti sostenute con molto dispendio del nostro collegio; quindi è, che si propone, se piaccia, con derogare a qualunque altra risoluzione contraria, di risolvere, e determinare, che chiunque in appresso vorrà fare la petizione di essere ammesso nel collegio del Cambio, debba presentarsi alli signori uditori *pro tempore*, e avanti di essi legittimamente, e con prove autentiche giustificare.

1.º Che gli autori del sig. pretendente per lato paterno non abbiano per duecento anni esercitati mestieri meccanici.

2.º Che parimenti per il corso di un simile tempo sieno vissuti di entrata con trattamento *more nobilium*, giustificando insieme d'aver contratti matrimonj nobili, o almeno convenienti, decorosi, e civili.

3.º Che particolarmente in tempo dell' ammissione la famiglia del signor pretendente posseda un patrimonio bastante per vivere *more nobilium*, ed insieme sia trattata, considerata, e si dia trattamento ad uso degli altri nobili di questa città.

4.º Che il sig. pretendente, siccome avendo l' ingresso in collegio deve assumere il carico delle magistrature, e delle giudicature, come anche la soprintendenza, ed ingerenza negli affari economici non meno del pubblico, che del collegio, debba essere di età d'anni venti compiti, di lodata vita, e di buona aspettazione, e discernimento.

5.º Che se per avventura il signor pretendente sarà di una qualche famiglia, che abbia avuto ascendenti, o trasversali nell' accennato collegio debba nondimeno provare, che al tempo in cui cessò di vivere un tale ascendente, o trasversale aggregato al collegio fino al tempo in cui dal sig. pretendente si promuoverà l' istanza per la

sua ammissione non meno esso, che quelli della sua famiglia siano sempre vissuti con proprietà e decoro *more nobilium*, abbiano fatti parentadi della stessa qualità, e natura espressa di sopra nel cap. 2.º, siano stati tenuti, e trattati come gli altri nobili della nostra città, e che il sig. pretendente, oppure la famiglia di lui, con la quale abiti, e conviva, goda, e attualmente posseda un patrimonio sufficiente per vivere, e trattarsi con splendore, e nobilmente come sopra.

6.º Che in vista di tutte le ridette prove legalmente fatte, e di tutti i requisiti sopra espressi, che tutti dovranno cumulativamente verificarsi nel pretendente, di modo che uno che ne manchi si abbia per incapace, possa ammettersi il signor pretendente dalli signori auditori alle solite pratiche; ma però che a forma dello stile fin da tempo immemorabile praticato, le medesime prove fatte sopra i già detti requisiti non possano dirsi riconosciute, ed ammesse per concludenti, e legittime, se non se dalla generale adunanza, nè debbano riputarsi per approvate, se non almeno con due delle tre parti de' voti favorevoli della stessa generale adunanza per lo scrutinio segreto.

§. 7. In ultimo si propone, se piaccia, che al presente regolamento per le nuove ammissioni al collegio non possa mai nè in parte, nè in tutto derogarsi, se non coll' approvazione, e concorso di tutti i voti della stessa generale adunanza, e non altrimenti, e posto il partito fu trovato vinto con tutti i voti bianchi.

§. 8. Cum autem sicut eadem expositio subungebat, ut ea, quæ tanta maturitate in dictis resolutionibus ab utroque collegio hujusmodi præscripta sunt, firmiter subsistant, et ad tuendum splendorem, ac decus a collegiis prædictis, usque adhuc obtentum in posterum sine ulla controversia, aut certamine, serventur exactius, dicti exponentes easdem resolutiones per Nos approbari, et confirmari plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 9. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de cusa latis, si

Approbatio.

Præces portæ pro confirmatione resolutionis.

Confirmatio apostolica.

quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præinsertas duas resolutiones tam ab uno, quam ab altero ex dictis collegiis, ut præmittitur, editas, una cum omnibus, et singulis in eis contentis, et expressis auctoritate apostolica, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque apostolicæ, ac inviolabilis perpetuæ firmitatis robor adii-cimus, ac illas futuris temporibus semper servandas, et exequendas esse volumus, et mandamus. Decernentes ipsas præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque ple-narios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et in posterum quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabi-liter observari.

Clausula su-  
blata, et decre-  
tum irritans.

§. 10. Sicque in præmissis per quos-cumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scieater, vel igaoranter contigerit attentari.

Derogatio con-  
trariorum.

§. 11. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ civitatis, et collegiorum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibus-cumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Cæterum per præsentis non intendimus præjudicium ullum inferre juribus dicti Joannis Baptistæ, quibus propterea juxta memoratum rescriptum editum die vicesima tertia februarii MDCCLXVIII. ipse uti etiam in posterum valeat, perinde ac si eadem præsentis literæ non emanassent. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die quarta maii millesimo septingentesi-

mo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCIX.

Facultas supprimendi monasterium Cælestinorum civitatis Metensis.

Venerabili fratri Aloisio Josepho  
episcopo Metensi.

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater salutem,  
et apostolicam benedictionem,

§. 1. **A**lias cum pro parte carissimi in Christo filii Nostri Ludovici Francorum regis christianissimi delatum Nobis fuisset, in domibus monachorum Cælestinorum existentibus in regno Galliarum regularem disciplinam ita esse collapsam, ut nihil ex iis ornamentis, et utilitatibus, plurimum vero detrimenti, offensionis, et scandali in christianum populum redundaret, omnemque reformationis spem sublatam fuisse: pro Nostri officii debito, ac piissimis ejusdem Ludovici regis votis annuendo, facultatem venerabilibus fratribus archiepiscopis, et episcopis regni Galliarum concessimus ad annum duraturam, ut tamquam Nostri, et hujus apostolicæ Sedis delegati domos monachorum Cælestinorum in suis respective diocesis existentibus visitarent, ac sedulo inquirerent, si qui pravi usus, damnandæque consuetudines irrepsissent, et opportuna remedia adhiberent; quod si vacuum prorsus, et irritum compertum fuisset quodcumque instaurandæ regularis disciplinæ studium, et conatum, modum excogitarent, ac viam proponerent, qua Nobis communicata, illud de eisdem monasteriis, vel omnibus, vel aliquibus, deque ejusdem ordinis personis a Nobis decerni posset, quod divino cultui, Christifidelium bono, ac eorundem monachorum conscientie tranquillitati magis profuturum videretur, ac alias prout in Nostri die prima martii superioris anni MDCCLXXIII expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur. Nuper autem Nobis exponi fecisti, quod eorundem Nostrarum li-

Dat. die  
4. maii  
1774.  
Anno V.

Collapsam disciplinam in monasterio lamentatur pontifex, et ex ea rationem suppressionis educit.



terarum vigore dilectus filius Franciscus Henricus de la Brone de Vereilles vicarius tuus generalis specialiter a te deputatus fuit, ad hoc ut visitationem monasterii ejusdem ordinis in ista civitate Metensi existentis perageret, idque eo, quo par erat, zelo, diligentia, et charitate ipse laudabiliter explevit. Quatuor tamen monachi, qui juxta præscripta in capitulo generali ejusdem ordinis solummodo filii tunc erant dicti monasterii propter infirmitates, quibus reperiebantur obnoxii, expresse renuentes admittere sibi propositam reformationem, petierunt potius facultatem permanendi extra claustra eorum ordinis in habitu presbyterorum sæcularium: deinde vero propter sequutum incendium unius hospitalis, quod in civitate prædicta pariter extabat; infirmi in eo existentes ad monasterium hujusmodi translati sunt, et præfati quatuor monachi apud suos consanguineos se se receperunt.

Deputatio commissarii apostolici, qui procederet ad suppressionem.

§. 2. Serio itaque perpensis omnibus præmissis, consideratisque universis rerum, et personarum circumstantiis, cum omnis spes penitus deficiat, restituendi in eodem monasterio regularem vivendi rationem; hinc est, quod Nos fraternitati tuæ facultatem, atque potestatem monasterium prædictum monachorum Cælestinorum civitatis Metensis supprimendi, ac omnem regularem qualitatem perpetuo in eo extinguendi auctoritate apostolica tenore præsentium tribuimus, et impertimur. Tibique, ut monasterium hujusmodi, ac bona omnia tam stabilia, quam mobilia, semoventia, jura, et actiones ad illud quomodolibet spectantia, et pertinentia cujusvis generis, et speciei existant, in quoscumque alios, pios tamen, usus assignare, et applicare libere, et licite possis, et valeas auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus. Quod vero attinet ad personas quatuor monachorum, sicut præfertur, filiorum, ejusdem monasterii, ut ipsis facultatem permanendi, quoad vixerint, extra claustra dicti ordinis in habitu presbyterorum sæcularium, et sub obedientia diœcesani loci, in quo eos morari contigerit, tribuere possis, et valeas, pari auctoritate, et tenore impertimur.

Leges quibus alligati esse debeant suppressio.

§. 3. Volumus autem, quod ex fructibus, redditibus, et proventibus ejusdem monasterii quatuor monachis prædictis ea annua assignetur portio, quoad vixerint, duratura, quæ tuo arbitrio, ac prudentia sufficiens, et con-

grua judicabitur. Decernentes ipsas præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari.

§. 4. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuntios judicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula subla, et decretum irritans.

§. 5. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, et ordinis, ac monasterii hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die quarta maii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Derogatio contrariorum.

CCCX

Concessio imaginis sancti Ignatii ecclesiæ Jesu cum concessione indulgentiarum etc.

Dat. die  
14. maii  
1774.  
Anno V.

Clemens PP. XIV

Ad perpetuam rei memoriam.

**S**acram montis Pictatis ædem in hac alma urbe Nostra ed exercenda

Tenor concessionis, cum de

rogatione con-  
trariorum.

pietatis, et charitatis opera saluberrime institutam, publica quoque cappella romani pontifices prædecessores nostri referunt esse voluerunt, ut ita ubi pietas, et charitas erga proximum essidue exercentur, ibi etiam devotionis, ac religionis actus in omnipotentem Deum pari assiduitate, ac majori fervore peragerentur. Hanc itaque cappellam spiritualium gratiarum muneribus, et pontificiæ beneficentiæ nostræ favoribus decorare volentes, motu proprio, atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, eidem cappellæ imaginem salvatoris nostri Jesu Christi argentea corona circum ornatam, atque in ecclesia Jesu nuncupata urbis prædictæ, et in parva cappella sancti Ignatii Loiolæ confessoris jampridem existentem, quæ ab alia imagine e Veronicæ sudario excerpta, atque recondita in basilica principis Apostolorum de urbe, id permittente Gregorio pp. XV prædecessore Nostris, ut esserit, desumpta fuit, in dicta cappella publica montis Pietatis hujusmodi collocandam, et perpetuo custodiendam, atque asservandam donamus, concedimus, et elargimur. Omnibus vero utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui cappellam prædicti montis Pietatis in feriis sextis quadragesimæ, et in illis diebus, quibus tres reliquiæ majores nuncupatæ populo in basilica prædicta ostenduntur singulis annis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die, et feria predictis id egerint plenariam omnium suorum peccatorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima quarta maii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXI.

Dat. die  
14. maii  
1774.  
Anno V.

Suspensio indulgentiarum, et facultatum  
vertente anno universalis jubilæi  
MDCCLXXV.

Clemens episcopus servus servorum Dei  
ad futuram rei memoriam.

§. 1. **C**um Nos nuper sancti jubilæi celebrationem in alma urbe, a vigilia nativitatis Domini Nostri Jesu Christi proxime futura inchoandam, et usque ad finem sequentis anni duraturam, universo populo christiano de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium assensu, indixerimus, ac omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui beatorum Petri, et Pauli apostolorum, necnon sancti Joannis Lateranensis, et sanctæ Mariæ majoris de urbe basilicas, certis vicibus visitaverint, plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam, remissionem, et veniam concesserimus, prout in Nostris desuper confectis literis plenius continetur: cupientes, ut christianæ nationes ex omnibus terrarum orbis locis in hac urbe Nostra in fidei, ac religionis unitate congregatæ, eodem pietatis, ac devotionis spiritu basilicas prædictas, quo maximo fieri poterit concursu, durante eodem jubilæo visitantes, et frequentantes, tanti, et tam certi spiritualis emolumenti compotes fiant; multorum romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum exemplo adducti, indulgentias, et facultates ab apostolicæ Sedis liberalitate alias emanatas pro hoc anno suspendere, et nihilominus, tum spiritualibus fidelium per universum orbem degentium necessitatibus paterna charitate consulere, tum piam devotionis fervorem erga laudabilia quædam religionis, et pietatis opera in christianorum animis conservare, et fovere, tum demum suffragia in fidelium defunctorum levamen, atque subsidium erogari solita, nequiquam imminuere, eorundem prædecessorum vestigiis insistentes decrevimus, et constituimus.

§. 2. Itaque præservatis, et firmis remanentibus indulgentiis concessis in articulo mortis, ac facultatibus, seu indultis illam impertiendi, seu communicandi, tam venerabilibus fratribus episcopis, ac dilectis filiis prælatis locorum ordinariis, in vim, seu ad formam literarum fel. recor. Benedicti papæ XIV

Concessio facta in præcedentibus constitutionibus memoratur.

Limitatio quoad indulgentias articulo mortis concessas, quæ conservantur.

prædecessoris Nostri, nonis aprilis, anni MDCCXLVII. editarum, quam aliis quibuscumque communiter, aut personaliter, seu pro certo personarum genere, gradu, aut numero, concessis; iisque pariter, quas fel. record. prædecessor etiam Noster Benedictus papa XIII. cunctis fidelibus salutationem angelicam, seu alias preces de tempore, mane, aut meridie, seu vespere ad campanæ pulsum, de genu, vel juxta dierum et temporum rationem, stando, recitantibus; item indulgentiam septem annorum, et totidem quadragenarum, quam ipse Benedictus prædecessor secundodictus anno jubilæi MDCCXXV. durante, omnibus Christifidelibus, tam in urbe, quam extra eam ubicumque degentibus, qui sacramentaliter confessi, et sacra communione refecti, vel saltem contriti, et cum firmo proposito confitendi, ecclesiam, in quibus augustissimum Eucharistiæ sacramentum pro oratione quadraginta horarum eo anno durante, expositum esset, devote visitassent, ibique juxta Sanctæ Matris Ecclesiæ mentem orassent, toties quoties id egissent, benigne concessit: quamque Nos etiam, illius exemplo, pro proxime ineunte jubilæi anno, et tam pro urbe, quam pro aliis ubique locis, præsentium tenore, libenter concedimus, et elargimur; atque illis etiam, quas similis memoriæ Innocentius XI., et Innocentius XII. romani pontifices prædecessores Nostri, fidelibus sanctissimum Eucharistiæ sacramentum cum ad infirmos defertur, devote comitantibus, vel lumen, aut faciem per alios ea occasione deferendum, seu deferendam mittentibus, similiter concesserunt; ita quoque, exemplo aliquorum romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum inhærendo, indulgentia alias concessa ecclesiæ s. Mariæ Angelorum, ordinis fratrum Minorum s. Francisci, extra mœnia civitatis Nostræ Assisiensis, die secunda mensis augusti, a primis vespere usque ad occasum solis ejusdem diei visitantibus: tum etiam indulgentiis a Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus de latere legatis, et apostolicæ Sedis nunciis, ac episcopis, in usu, seu exercitio pontificalium, aut impertienda benedictione, aliave forma consueta, concedi solitis: item salvis, et firmis remanentibus indulgentiis altarium privilegiatorum pro fidelibus defunctis, aliisque eodem modo pro solis ipsis defunctis concessis; atque etiam aliis, quibuscumque indulgentiis et peccatorum remissionibus, alias pro vivis

*Bull. Rom. Tom. IV.*

concessis, ad effectum dumtaxat, ut Christifideles illas animabus fidelium defunctorum, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, per modum suffragii directe applicare valeant. Quas omnes, et singulas, licet, pro eo quod respicit vivorum favorem, hoc jubilæi anno durante, generaliter, ut infra, suspensas, ad prædictum tamen effectum, ipsius anni decursu, etiam si in earum concessionibus hujusmodi applicandi facultas indulta non fuerit, ab omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui injuncta in ipsis concessionibus opera cum debitis dispositionibus impleverint, acquiri posse concedimus, et indulgemus.

§. 3. Præservatis etiam, et firmis remanentibus facultatibus tribunalis officii Inquisitionis adversus hæreticam pravitatem auctoritate apostolica instituti, ejusque officialium; missionariorum quoque, et ministrorum, qui ab eodem tribunali, seu a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negociis Propagandæ Fidei præposita, vel alias a Sede prædicta ad id deputati fuerint; et præsertim facultate absolvendi ab hæresi illos, qui abjuratis eorum erroribus, capaces ejusdem absolutionis redduntur, aliisque facultatibus, quæ ab officio Pœnitentiariæ Nostræ apostolicæ missionariis, in locis missionum, earumque occasione, ab ipsis exercendæ, concessæ fuerint. Item salvis et illæsis remanentibus facultatibus, tam venerabilium fratrum episcoporum, aliorumque superiorum antistitum, in suis respective diœcesibus, circa dispensationes, et absolutiones suorum subditorum in casibus occultis, etiam Sedi apostolicæ reservatis, prout ipsis a sacra Tridentina synodo, seu alias, etiam in publicis, a jure communi ecclesiastico, et ab eadem apostolica Sede, pro certis personis, et casibus, iadultæ, permissæque dignoscuntur; quam etiam superiorum ordinum regularium quæcumque ipsis in regulares pariter sibi subjectos a Sede apostolica prædicta tributæ fuerunt.

§. 4. Cæteras omnes, et singulas indulgentias, tam plenarias, quam non plenarias, etiam perpetuas, et peccatorum remissiones, ac facultates, et indulta absolvendi etiam a casibus Nobis, et Sedi apostolicæ reservatis, seu relaxandi censuras, commutandi vota, aut dispensandi etiam super irregularitatibus, et impedimentis, quibusvis ecclesiis, monasteriis, ho-

Præservantur quoque facultates tribunalis Inquisitionis, missionariorum, congregationis Propagationis Fidei, altariumque privilegiatarum personarum.

Cæteræ indulgentiæ tam plenariæ, quam speciales suspenduntur.

spitalibus etiam sancti Joannis Hierosolymitani, domibus, militiis, ordinibus etiam mendicantium, congregationibus confraternitatibus etiam laicorum, universitatibus et piis locis, illorumque ordinibus, capitulis, conventibus, magistris, superioribus, et tam sæcularibus, quam quorumvis etiam mendicantium ordinum regularibus personis, coronisque, granis, imaginibus, et numismatibus ex metallo, seu quacumque alia materia confectis, tam singulariter, quam universaliter, per quoscumque romanos pontifices prædecessores Nostros, ac etiam Nos, etiam ad instantiam imperatoris, regum, ducum et aliorum principum, aut ipsis etiam imperatori, regibus, ducibus, et principibus, vel aliis quacumque alia mundana, vel ecclesiastica dignitate fulgentibus, etiam ad instar jubilæi, aut alias quomodocumque, et ex quibusvis causis, et occasionibus, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis etiam motu proprio et ex certa scientia, ac alias quomodolibet concessas et concessa, quorum omnium tenores, formas, derogationes, et decreta, præsentibus pro expressis haberi volumus, apostolica auctoritate, de eorumdem fratrum consilio, et consensu, ac potestatis Nostræ plenitudine suspendimus, ac suspensas et suspensa esse declaramus, easque et ea, eodem anno durante, nulli prodesse, ac suffragari debere. Irritum quoque, et inane decernimus, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari.

Mandatum de obediendo.

§. 5. Quocirca per præsentis auctoritate apostolica præcipimus, et mandamus, ne interim præter superius expressas, aliæ, quam indicti a Nobis prædicti Jubilæi indulgentiæ, sive publice, sive privatim quovis prætextu ubivis locorum, et gentium, sub excommunicationis eo ipso incurrendæ, aliisque arbitrio ordinariorum infligendis pœnis, publicentur, vel nuncientur, aut in usum demandentur.

Derogatio eorum.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon ecclesiarum, monasteriorum, conventuum, ordinum, congregationum, hospitalium, confraternitatum, universitatum, collegiorum, et locorum prædictorum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate aliâ roboratis, statutis, et consuetudinibus: privilegiis quoque, exemptionibus, ac indulgentiis apostolicis,

illis, eorumque superioribus, et personis, ac aliis quibuscumque per eosdem romanos pontifices prædecessores Nostros, ac Nos et dictam Sedem, ejusque legatos sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis, et ex quibusvis causis concessis, confirmatis et innovatis: quibus omnibus, etiam si in illis caveatur expresse quod sub similibus, vel dissimilibus suspensionibus nequaquam comprehendantur, nisi de illis specialis, et individua mentio fiat, illis alias in suo robore permansuris; ad effectum præmissum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Et quia difficile nimis esset, præsentibus quocumque, ubi illis opus fuerit perferri, volumus earum exemplis etiam impressis, notarii publici manu, et sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ obsignatis, eadem prorsus fidem in iudicio, et extra ubique locorum adhiberi, quæ adhiberetur præsentibus, si essent exhibitæ vel ostensæ.

Fides habenda transumptis.

§. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ suspensionis, declarationis, decreti, præcepti, mandati, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Sanctio poenalis.

Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo quarto pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXII.

Moderatio prohibitionis extrahendi paramenta, sacra suppellectilia, et libros, e sacrario, et ecclesia, atque bibliotheca congregationis Oratorii sancti Philippi Nerii civitatis Bracharensis.

Dat. die 17. maii 1774. Anno V.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni præpositus, ac presbyteri congregationis Oratorii sancti Philippi Nerii civitatis Bracharensis, quod aliâ apostolica auctoritate, et sub præ-

Expositio præc.

na excommunicationis ipso facto incurrendæ, ac romano pontifici tantum reservatæ prohibitum fuit, ne quisquam illorum libros, sacraque paramenta, et ornamenta, aliaque suppellectilia ad usum dictæ congregationis spectantia ab ejusdem bibliotheca, ecclesia, et sacrario extrahere, et cuiquam personæ commodare auderet: atque præterea sub pœna etiam privationis vocis activæ, et passivæ vetitum quoque fuit, ne prædicti libri, ac quaternæ, folia sive impressa, sive manuscripta e præfata bibliotheca ad cubicula præpositi, et presbyterorum congregationis hujusmodi transportari possent, ac valerent, ac alias prout in prohibitione, seu prohibitionibus ejusmodi, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, experientia comperit sit, nimium id grave esse ipsis exponentibus, qua de re prohibitam hanc extractionem per Nos declarari, ac moderari plurimum ipsi desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati per præsentem decernimus, et statuimus, ut in posterum nemo ejusdem congregationis sub dicta pœna excommunicationis ornamenta, et suppellectilia, atque libros ex ecclesia, sacrario, ac bibliotheca dictæ congregationis extrahere, et cuiquam extere personæ commodare audeat, absque licentia majoris partis quinque patrum, licet capitulariter non congregatorum, qui juxta ejusdem congregationis regulas illius gubernium pro tempore habuerint, ac ita quacumque præcedentem prohibitionem in posterum intelligendam esse auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium declaramus, atque præscribimus.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die decimi

ma septima maii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXIII.

Commissio, pro reverendo domino Josepho archiepiscopo Seleuciensi in regnis Galliarum nuntio, ut tamquam delegatus apostolicus se conferat ad civitatem Avenionensem, atque suscipiat gubernium dictæ civitatis.

Venerabili fratri Josepho archiepiscopo Seleuciensi in Galliarum regnis Nostro, et apostolicæ Sedis nuntio.

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem

§. 1. Cum ad ineundam pristinam nostram Avenionis, comitatus Venaissini, Beneventi, et Pontis Curvi possessionem claræ mem. Ludovicus, dum vixit Galliarum rex christianissimus, et carissimus in Christo filius noster Ferdinandus utriusque Siciliæ, et Jerusalem rex illustris Nos ultro compulissent, et tamquam sua ipsi manu amantissime induxissent; hinc Nos per alias nostras in simili forma Brevis die xxviii januarii currentis anni expeditas literas venerabilem fratrem Franciscum Mariam archiepiscopum Avenionensem in Nostrum, et apostolicæ Sedis commissarium, cum facultate per se, vel alios ab ipso deputandos eandem pristinam possessionem civitatis Avenionensis, et comitatus Venaissini, ac quacumque pertinentiarum Nostro, et Sedis prædictæ nomine apprehendendi et apprehensam retinendi constituimus, et deputavimus; ipsique Francisco Mariæ archiepiscopo tam in civitate Avenionensi, quam in comitatu prædicto, ac in illis adjacentibus Ebredunensi, Arelatensi, Aquensi, Viennensi, et Narbonensi provinciis, civitatibus, terris et locis easdem omnes facultates, prærogativas, et præeminentias quas Nostri, et apostolicæ Sedis vicarii in spiritualibus, et temporalibus generales, et vice legati usque adhuc habuerant, et illis usi fuerant, donec alter in eorum locum a Nobis deputatus ad exercitium sui muneris sibi per Nos demandati illuc pervenisset ad Nostrum, et Sedis apostolicæ beneplacitum

Dat. die  
1. junii  
1774.  
Anno V.

Præcedens deputatio memoratur.



concessimus, et indulgimus, ac alias prout in eisdem Nostris literis quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus uberius continetur.

Quid deputatus delegatus gessit recordatur.

§. 2. Interea Nos vicariam, et vice legationem hujusmodi in præsentiam Avenionensem nuncupandam ereximus, et instituimus, atque venerabilem fratrem Angelum Mariam archiepiscopum Ancyranum in primum præsidem Avenionensem cum omnibus, et singulis facultatibus, prærogativis, et præeminentiis, quas illius vice - legati usque adhuc habuerunt, et quibus usi sunt, ad Nostrum pariter, et Sedis prædictæ beneplacitum fecimus, constituimus, et deputavimus. Postmodum Nos considerantes quod idem Angelus Maria archiepiscopus ad demandatum sibi munus hujusmodi exercitium quam primum illuc se conferre deberet, propter vero quamplures dudum jam superventas rerum varietates, novitates, ac circumstantias haud fieri posse dignoscebatur, quod ea omnia quæ ad promptam, paratamque justitiæ administrationem, nec non rectum populorum, et locorum hujusmodi gubernium pertinebant, quæque plures post annos in antiquo priori statu minime modo reperiebantur ad legitimam formam, methodumque illico redigerentur, et converterentur; hinc Nos ne ex celeri rerum hujusmodi mutatione confusiones, et inordinationes provenirent, per alias nostras in simili forma Brevis die xi maii currentis anni expeditas literas eidem Angelo Mariæ archiepiscopo, et præsidi commisimus, et mandavimus, ut statim ac illuc perventus fuisset, totum id quod ad præsentem, actuale gubernium ejusmodi statum quomodolibet spectabat, rescire et cognoscere omnino curaret, nilque novi statueret, sed quod ad felix, et tranquillam eorundem locorum, et populorum gubernium expedire in Domino arbitratus fuisset, Nobismet ipsis referret, ut inde quid decernendum esset, matura deliberatione adhibita, præscriberemus, ac alias prout in memoratis Nostris secundo dictis literis, quarum pariter tenorem præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus uberius continetur. Quamvis igitur præmissa omnia ad celerius ineundam pristinam possessionem civitatis, et comitatus prædictorum ad quam idem Ludovicus rex ultro Nos compellebat unanimi voluntate fuissent a Nobis con-

stituta, et eidem Francisco Mariæ archiepiscopo, et apostolico commissario ut præfertur, deputato patefacta.

§. 3. Nihilominus sicut nuper accepimus, ipse Franciscus Maria archiepiscopus et commissarius, Nobis id plane ignorantibus, eadem die qua possessionem civitatis, et comitatus hujusmodi Nostro, et dictæ Sedis nomine adeptus fuit, suo edicto publice evulgato statim abrogavit, atque delevit omnia quæ interim gesta fuerant, resque cunctas ad antiquum priorem statum restituendas esse voluit, atque præcepit. Nos itaque edictum hujusmodi ab eodem Francisco Maria archiepiscopo, et commissario evulgatum tamquam contrarium iis, quæ ut præfertur, a Nobis fuerant constituta nullius roboris, ac momenti fuisse, et esse auctoritate apostolica tenore præsentium, decernimus, et declaramus, ac fraternitati tuæ per præseates committimus, et mandamus, ut tamquam Noster, et apostolicæ Sedis delegatus, cum primum poteris ad civitatem Avenionensem prædictam te conferas et regimen, ac gubernium civitatis, et comitatus prædictorum suscipias, nec non illud usque ad adveatum ejusdem Angeli Mariæ archiepiscopi, et præsidis, ut præfertur, jam deputati prosequaris, et interim res omnes ad statum in quo tempore adeptæ possessionis hujusmodi reperiebantur, omnino restituas. Tibi enim ad huac effectum omnes, et quascumque facultates, mandata præsertim et edicta publicandi, aliaque in præmissis, et circa ea quomodolibet necessaria et opportuna gerendi, faciendi, ordinandi et exequendi, contradictoresque et alios tuis monitis et mandatis obtemperare recusantes puniendi. Nec non contra omnes, et singulos cujuscumque status, gradus, et conditionis, qui a nulliter gestis ab ipso Francisco Maria archiepiscopo, et commissario excitati aliquid animadversione, correctione, et punitione dignum quomodolibet perpetraverint omni mora, dilatione et appellatione postpositis, atque remotis procedendi, auctoritate et tenore prædictis concedimus, et impertimur.

Agendi ratio ipsius delegati improbat, et novus eligitur ad possessionem novam capiendam.

§. 4. Quo autem præmissa omnia per præsentem tibi demandata quietius et facilius suum consequantur effectum volumus, atque præcipimus, ut statim ac ad Avenionensem civitatem prædictam perveneris, et eadem præsentem Nostræ literæ lectæ, ac publicatæ fuerint, idem Franciscus Maria archiepiscopus a dicta civitate Avenionensi omnino discedat, et

Mandatum de discedendo relaxatum adversus primum de legatum.

ad aliquem illius diœcesis locum se conferat, et in ea commoretur, quousque aliter a Nobis provisum non fuerit. Quod si Nostræ huic voluntati dictus Franciscus Maria archiepiscopus obtemperare eo quo par est obsequio recusaverit a pontificali officii exercitio, atque a regimine, et administratione tam spiritualium, quam temporalium suæ ecclesiæ suspensus sit eo ipso.

Clausula sub-  
blata, et decre-  
tum irritans.

§. 5. Decernentes ipsas præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definituri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-  
trariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus et ordinibus apostolicis, ac quibus-

vis etiam juramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die prima junii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.



# CLEMENS XIV.

## ANNO SEXTO



CCCXIV.

Dat. die  
16. Junii  
1774.  
Anno VI.

Confirmantur nonnullæ resolutiones super privativa molendini, ab hominibus castri Gualdi Firmanæ diœcesis captæ.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio præsum.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii communitas, et homines castri Gualdi Firmanæ diœcesis, quod alias cives omnes, ac populus dicti castri ad subeundas communitativas expensas, quibus aliter consultum esse non poterat, duobus resolutionibus editis die vicesima octava decembris MDCCXIII., ac die decima quarta januarii MDCCXIV. in publico populari consilio per capita domorum indicto, et habito, auctoritate, et annuente h. me. Phisimbo Marabottini tunc temporis communitatum status Firmani apostolico visitatore, confirmarunt privativum jus molendi, et conterendi frumentum, aliasque segetes in molendino ejusdem communitatis, quo sane jure longo temporis intervallo communitas ipsa jam antea fruebatur, ac se se obligarunt idem molendinum perpetuo adire causa frumentum, legumina, omniaque alia molendi, et conterendi, ac alias prout in eisdem resolutionibus, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur. Vi itaque prædictarum resolutionum postmodum die xvi. augusti MDCCXVI. publicum, ac solemne instrumentum confectum fuit per acta Cæsaris Magni notarii ejusdem castri favore communitatis prædictæ cum obligatione, quod illud perpetuo tam tunc temporis contrahentes, quam eorum hæredes, et successores exequi, et observare deberent, ac alias prout in ipso

instrumento, cujus pariter tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, plenius continetur.

§. 2. Post igitur innumeras controversias excitatas deinde adversus privativum jus hujusmodi, ac super usu, et observantia solutionis pœnæ indictæ pro illius conservatione, jussu congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium bono regimini communitatum, civitatum, terrarum, et locorum status Nostri ecclesiastici præpositæ die xviii. septembris MDCCXXXVI. in consilio pariter populari dicti castri observantia ejusdem juris privativi proposita fuit, eamque centum septuaginta suffragia favorabilia iterum confirmarunt, tresdecim tantum ex eis in contrariam sententiam abeuntibus, quam quidem resolutionem præfata congregatio suo rescripto edito die xxiv. novembris ejusdem anni MDCCXXXVI. approbavit: nihilominus iterum anno MDCCCLXX. nonnulli privativum jus hujusmodi ægre ferentes, assumpto nomine capitum familiarum insurrexerunt novam litem instituendo coram eadem congregatione, quæ primum die quarta augusti ipsius anni MDCCCLXX. ad relationem dilecti filii magistri Nicolai Riganti in utraque signatura Nostra referendario, et causæ hujusmodi ponentis decrevit, ut consiliaris resolutio quoad pœnam solvendam ab iis, qui jus privativum prædictum violassent in amissione tantum belluarum, et rerum locum sibi vindicaret, pœnam pecuniariam expresse prohibendo. Postmodum vero sub die xviii. maii MDCCCLXXI. rescripsit in hunc, qui sequitur, modum videlicet: Servetur privativa molendini, de quo agitur, favore communitatis, et amplius. Quoad pœnam in decisis sub die iv. augusti MDCCCLXX. ac alias prout in eisdem rescriptis, quorum itidem tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum in-

Lites actæ super jure privato, et transactiones circa illud initæ.

sertis haberi volumus, fusius continetur.

Supplicatio  
pro obtinenda  
confirmatione  
resolutionum  
initiarum a sa-  
cra congrega-  
tione Boni re-  
gimini.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, post tot etiam resolutiones memoratæ congregationis, adhuc superesse valeat aliquis, qui jus privatum hujusmodi in controversiam revocare præsumat, vel ad novam sumptuosam litem subeundam communitatem prædictam, non sine gravis ejus detrimento, evocare intendat; hinc dicti exponentes tam resolutiones concilii, ac instrumentum prædictum nomine, et cum obligatione totius populi anno MDCCXVI., ut præfertur, confectum, quam decreta, et resolutiones memoratæ congregationis desuper edita per Nos approbati, omnibusque aliis controversiis quoad præmissa finem imponi, easque finitas declarari plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 4. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati memoratas resolutiones editas die xxviii. decembris MDCCXIII. et die xiv. januarii MDCCXIV. a publico populari consilio dicti castri, nec non instrumentum nomine, et cum obligatione totius populi die xvi augusti MDCCXVI, ut præfertur, confectum, atque dicta decreta, rescripta, et resolutiones memoratæ congregationis eorundem cardinalium, una cum omnibus, et singulis in eis contentis, et expressis auctoritate Nostra apostolica, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque apostolicæ inviolabilis, ac perpetuæ firmitatis robor adiciamus, omniaque præmissa in posterum servanda, et exequenda esse præcipimus, et jubemus, nec non lites, ac controversias omnes super eisdem præmissis promotas, et excitas finitas esse auctoritate, et tenore prædictis decernimus, et declaramus.

§. 5. Insuper decernentes, easdem præsentibus literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in

Clausula salu-  
tates.

omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima sexta junii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno sexto.

Derogatio con-  
trariorum.

CCCXV.

Translatio facultatis concedendi lauream  
doctorem de rectore universitatis  
Mutinensis ad magnum cancellarium  
ejusdem civitatis.

Dat. die  
18. junii  
1774.  
Anno VI.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **P**ublicas studiorum universitates tanto catholicæ religionis, ac reipublicæ bono provide, ac salubriter institutas amplioribus pontificæ beneficentiæ Nostræ gratiis, et favoribus confovere, ac prosequi jugiter satagentes, eis libenter concedimus, quæ ad illarum utilitatem, ac decus magis expedire in Domino arbitramur.

Proemium.

Status universi-  
tatis.

§. 2. Nuper siquidem exponi Nobis fecerunt dilecti filii moderni reformatores universitatis Mutinensis, quod dudum, anno nempe MDCLXXXII eadem universitas una cum collegio doctorum theologorum erecta, atque instituta fuit. Postmodum vero felicitis recordationis Benedictus pp. XIII per suas in forma Brevis die xxiii junii MDCCXXVIII expeditas literas, tunc existenti rectori ejusdem universitatis directas, ne quis scrupulus cuiquam superesset de facultate laureæ theologalis, sive antea usque tunc dilata, sive in posterum deferendæ, ratam, firmamque decrevit, atque declaravit, eandem facultatem laureæ theologalis hujusmodi emeritis viris conferendæ, ac alias prout in eisdem literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur.

Supplicatio  
pro obtinenda  
providentia ad  
majus decus,  
et incrementum  
universi-  
tatis.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, ad majus decus, et incrementum prædictæ universitatis, facultates, et jura conferendi quamcumque lauream doctoralem in una tantum persona magni cancellarii, atque, eo deficiente, in alia vice-magni cancellarii, ex nova præscripta methodo, unita modo reperiantur; hinc dicti exponentes jus quoque conferendi lauream theologalem, quod antea penes priorem collegii doctorum theologorum, et rectorem ipsius universitatis residebat, ad personam dicti magni cancellarii, seu respective vice-cancellarii in posterum per Nos transferri plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignareretur.

Concessio su-  
per immutatio-  
ne juris confe-  
rendi lauream.

§. 4. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, facultatem conferendi lauream doctoralem prædictam, quæ prius erat penes priorem collegii doctorum theologorum, et rectorem dictæ universitatis Mutinensis, servatis omnibus legibus, et conditionibus quoad qualitatem admittendorum, et studia ab ipsis prius peragenda, atque examina per eos subeundum, a statutis ejusdem universi-

tatis volitis, atque præscriptis, in nunc, et pro tempore existentem magnum cancellarium, et in casa ejus deficientiæ in vice-cancellarium dictæ universitatis auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium perpetuo transferimus, ac quatenus opus sit, facultatem prædictam ei, sive eis respective de novo concedimus, et indulgemus.

§. 5. Decernentes ipsas præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula subli-  
ta, et decre-  
tum irritans.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus apostolicis, nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima octava junii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno sexto.

Derogatio con-  
trariorum.



CCCXVI.

Datum die  
20. Junii  
1774.  
Anno VI.

Confirmatio sententiarum ab ipso supplicante domino cardinali Malvetio archiepiscopo Bononiensi apostolico visitatore æditarum super concessione ecclesiæ sanctæ Lucie extinctæ societatis Jesu civitatis Bononiæ.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Deputatio visitatoris apostolici in persona cardinalis Malvetii.

§. 1. **A**lias Nos per Nostras in simili forma Brevis expeditas literas dilectum filium Nostrum Vincentium S. R. E. cardinalem Malvetium nuncupatum metropolitanæ ecclesiæ Bononiensis ex concessione, et dispensatione apostolica præulem in visitatorem apostolicum clericorum regularium tunc existentis societatis Jesu pro civitate, et diocesi Bononiensi motu proprio, ac ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine constituimus, et deputavimus, eidemque Vincentio cardinali, et archiepiscopo, ac visitatori per Nos, ut præfertur, deputato amplam, plenam, et liberam ad id facultatem, et potestatem tribuimus atque concessimus, ac alias prout in eisdem Nostris literis, quarum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus uberius continetur.

§. 2. Dum vero ipse Vincentius cardinalis archiepiscopus, et visitator apostolicus demandatum sibi munus, summo studio, zelo, ac singulari diligentia executioni committere curabat, nomine dilectorum filiorum regiminis dictæ civitatis expositum Nobis fuit, quod cum nonnulla loca pia ejusdem civitatis præsertim vero operæ pauperum mendicantium, et scholarum piarum respective nuncupatarum, in gravibus versarentur angustiis; numerus vero miserabilium, atque otiose viventium in dies quam maxime auferetur, hinc ipsi exponentes postulabant, ut in eorumdem locorum piorum levamen, atque ut consultum esset iis, qui ita otiose vivebant, ne amplius hanc vivendi rationem servarent, bona stabilia, aliæque res ad collegia sanctæ Lucie, et sancti Ignatii civitatis prædictæ spectantia et pertinentia a Nobis essent assignanda. Nos itaque petitionem hanc, et desuper porrectas preces, Nostro rescripto remisimus arbitrio, prudentiæ, et conscientie.

*Bull. Rom. Tom. IV.*

Opera præstita ab eodem visitatore apostolico.

tæ ipsius Vincentii cardinalis archiepiscopi, et visitatoris apostolici, cum omnibus facultatibus necessariis, et opportunis, quibuscumque in contrarium non obstantibus. Cujus quidem rescripti vigore, dictus Vincentius cardinalis archiepiscopus, et visitator decretum edidit tenoris qui sequitur, nempe = Utentes facultate nobis in eodem rescripto delegata, et obsequendo etiam particularibus instructionibus nobis a Sanctitate Sua communicatis, pro nunc et salvis ulterioribus destinationibus per nos faciendis, proindeque retento penes nos principali dominio eorumdem honorum, ad effectum de quo supra petitiæ distributionis, applicamus, et assignamus redditus dictorum honorum et effectuum, detracto tamen prius ære alieno, satisfactis piis legatis, et oneribus, nec non detractis pensionibus, juxta mentem Sanctitatis Sux titulo alimentorum destinandis, applicamus, et assignamus locis piis hujus civitatis, a nobis, et pro nostro arbitrio decernendis, proindeque ad illas pias causas, et ad illos ultiores usus, a nobis quancumque indicandos; ad hoc autem, ut præmissa omnia suum plenarium effectum sortiantur, eadem apostolica auctoritate nobis, ut supra delegata, expresse derogamus quibuscumque testamentariis, seu codicillaribus dispositionibus, aliisque forsan ex contractibus inter vivos stipulatis derivantibus, et tam purificatis, quam purificandis, quorum vigore fieret locus alicui substitutioni, seu caducitati ex causa dictæ bonorum applicationis, quam perpetuo firmam esse volumus, et mandamus, non obstantibus quibuscumque, etiam speciali mentione dignis, in contrarium facientibus quæ non obstare expresse declaramus, et ita ec. non solum ec. sed et omni ec. =

Vincentius cardinalis Malvetius archiepiscopus visitator, et delegatus apostolicus.

§. 3. Post hæc animum ipse convertit ad eas omnes operas pias prospiciendas, quæ ex assignatione eorumdem bonorum utiliores sibi commisso gregi evadere possent; cumque in primis spirituale bonum animarum cæteris omnibus præferendum merito duxisset; hinc in dicto collegio sancti Ignatii presbyteros seculares congregationis Missionis nuncupatæ in locum clericorum regularium suppressæ societatis Jesu prædictæ, ad id accedente quoque ejusdem regiminis assensu, subrogare, et admittere curavit, atque in

Alias operas pias præstitit visitator, quas laudat Pontifex.

U u u u

eis assignanda ecclesia, et domo, præter id quod eorum congruæ substantiationi sufficiens videbatur, conventa ac statuta fuerunt onera in posterum ab ipsis subeunda, et exequenda in XIII. capitulis expressa, ac alias prout ex verbis sententiæ desuper editæ ab eodem Vincentio cardinali archiepiscopo, et visitatore apostolico die xxi. octobris MDCCLXXIII., et capitulis prædictis, quorum quidem tenor est qui sequitur nempe.

Commendatur inter cæteras assignatio domus, et ecclesie s. Ignatii patribus congregationis Missionis facta.

§. 4. Cum vero inter alias pias causas a nobis, ut supra, designandas illam pro nunc jam decreverimus, destinationis, et assignationis domus et ecclesie sancti Ignatii, et annexorum patribus congregationis Missionis, qui inhæsi etiam consensui a dicto regimine præstito pro illorum admissione in hac civitate, se se promptos obtulerunt ad acceptandam dictam destinationem, et ad exercenda in dicta ecclesia munera a nobis eisdem præscribenda pro spirituali populi bono; propterea nos eadem, qua fungimur apostolica auctoritate pro nunc, et salvis ulterioribus destinationibus per nos faciendis, assignamus dictis patribus congregationis Missionis domum, et ecclesiam sancti Ignatii in hac civitate, in qua residebant patres suppressæ societatis Jesu, illorumque novitiatus ad hunc præcipue finem, ut dicti patres congregationis Missionis aperiant, et apertam perpetuo retineant publici commodi ecclesiam prædictam sancti Ignatii, sacrificia in ea quotidie celebrent, confessiones audiant, aliæque spiritualia munera exerceant, quæ in folio huic nostræ sententiæ adnexo, et a nobis subscripto indicata sunt, et quæ in posterum ad nostri, successorumque nostrorum beneplacitum destinabuntur. Volumus ulterius, et expresse mandamus per eosdem patres perpetuo observari, et adimpleri omnes, et singulas conventiones in eodem adnexo folio expressas, pro quarum solemnibus stipulatione per infrascriptum nostrum notarium roganda deputamus dominum advocatum Ruggerum Ruggeri cum omnibus facultatibus superinde necessariis, et opportunis; et ita ec. non solum ec. sed et omni ec.

Vincentius Cardinalis Malvetius archiepiscopus, et delegatus apostolicus.

Die xxi octobris MDCCLXXIII lecta lata etc. per subscriptum eminentissimum, et reverendissimum dominum Bononiæ cardinalem archiepiscopum iudicem delegatum apostolicum etc, ut supra.

Præsentibus admodum reverendis dominis Vincentio Masi, et doctore Joseph Rossi Vaccari, ambobus sacerdotibus Bononiæ, et eminentiæ suæ reverendissimæ cappellanis testibus etc.

Tenor conventionum de quo supra est sequens videlicet

§. 5. Convenzioni da stipularsi fra l'eminentissimo e reverendissimo signor cardinal arcivescovo di Bologna con li padri della congregazione della Missione istituita da san Vincenzo de' Paoli, in occasione del loro stabilimento nella casa, e chiesa di sant' Ignazio in questa città.

Tenor conventionum stipularum cum patribus congregationis Missionis.

1. Sua eminenza reverendissima assegna alli padri della congregazione della Missione la casa, chiesa, e orto annesso, cioto di mura, detto di santo Ignazio, con tutte le altre pertinenze esistenti nel medesimo recinto, eccettuate le infrascritte.

2. Item assegna tutte le suppellettili della chiesa, e sagristia notate nell' inventario a parte.

3. Item assegna tutto quello, che era di pertinenza del casino degli esercizi annesso alla detta casa, cioè mobiglie di casa, e stanze, arredi sagri delle cappelle, utensili di refettorio, cucina, dispensa, e di più liberamente rimette alcuni vasi di cantina numero otto botti, e sei tinozzi.

4. Item assegna altre mobiglie di pertinenza della casa di sant' Ignazio per il valore di scudi duecento.

5. Sua eminenza finalmente unisce perpetuamente l' adempimento di due obblighi di messe della detta chiesa colle entrate annesse.

6. In corresponsività di che si obbligano i detti pp. di officiare la chiesa pubblicamente, esibendosi pronti a confessare i concorrenti dell' nno, e l' altro sesso, come fanno in altre loro chiese.

7. Si obbligano di fare le missioni nella diocesi, a richiesta di sua eminenza.

8. Saranno pronti a dare gli esercizi spirituali ad ogni ceto di persone, siauo ecclesiastici, o secolari, secondo si presenterà l' opportunità, come pure i ritiri spirituali a chi li desidera.

9. Come pure si obbligano ad istruire nelle sacre cerimonie gli ecclesiastici, secondo ordinerà l' eminenza sua.

10. Si assumono il peso di fare la congregazione degli artisti nell' oratorio destinato a questa pia funzione, e ad altre persone a piacere di sua eminenza.

11. Finalmente si obbligano fare qualunque altra funzione spirituale, che sarà loro ordinata da sua eminenza; tanto più, che vengono abilitati a farle per Breve di motu proprio della santità di Clemente XIV felicemente regnante.

12. Il valore poi delle mobiglie, che comprenderanno di pertinenza della casa di s. Ignazio lo pagheranno dilazionatamente a scudi cento l'anno in vista della strettezza, nella quale si trovano in questi principj.

13. Si dichiara per ultimo riservato il comodo di derivare l'acqua necessaria per inaffiare l'orto contiguo detto del casino degli esercizj, e così pure il comodo della cantina, granaro, fenile, stalla, e stanze già destinate per comodo del canevaro, e de' contadini sino a tanto che durerà l'amministrazione de' beni della suppressa compagnia di Gesù e non più oltre etc. = *Expositis autem Nobis capitulis, et conventionibus, quæ cum eisdem presbyteris sæcularibus prædictæ congregationis deinde, die scilicet xxiii ejusdem mensis octobris MDCCLXXIII per acta Gasparis Sacchetti notarii Bononiensis inita fuerant, una cum capitulis a regimine prædicto confectis quorum approbationem per Nos concedi ejusdem regiminis nomine petebatur; omnia hæc arbitrio pariter, et prudentiæ ipsius Vincentii cardinalis archiepiscopi, et visitatoris remittenda esse censuimus. Ipse tamen cum probe sciret qualis esset Nostra voluntas ultimo dicta capitula justis ex causis minime confirmavit; sed utendo in hac quoque re facultatibus sibi a Nobis attributis, ratas tantummodo habuit conventiones per eum sub præfata die xxiii octobris, ut præfertur statutas cum eisdem presbyteris sæcularibus, illarumque omninodam executionem demandavit, cæteris rejectis, unice declarando relative ad mentem, ac voluntatem ejusdem regiminis, quod dicti presbyteri seculares congregationis Missionis fuerentur illis exemptionibus, et privilegiis in Bononiensi civitate hujusmodi concessis sub nomine exemptionum communium reliquis communitatibus ecclesiasticis regularibus, ac alias prout ex verbis alterius sententiæ latæ die xviii decembris ejusdem anni sequentis tenoris videlicet.*

§. 6. Inter alias destinationes per nos auctoritate apostolica factas honorum et effectuum jam spectantium collegiis sanctæ Lucie, et sancti Ignatii suppressæ societatis Jesu, in hac civitate il-

lam potissimum decrevimus sub die 21 proximi præteriti mensis octobris assignationis nempe domus, et ecclesiæ s. Ignatii, et adnexorum patribus congregationis Missionis, qui inhærive etiam consensui præstito ab hoc Bononiense regimine pro illorum admissione in hac civitate, acceptarunt dictam assignationem sub certis legibus, et conventionibus solemniter stipulatis ex rogitu, et actis infrascripti nostri notarii. Cum vero post factam a nobis prædictam destinationem, et assignationem, habitus fuerit recursus ad Sanctissimum pro parte, et nomine dicti Bononiensis regiminis, implorando approbationem nonnullorum capitulorum, quorum prætendebatur observantia in casu introductionis dictorum patrum in hanc civitatem, propterea Sanctitas Sua ex ejus audientia mediante R. P. D. V. Macedonio rescripsit remittendo instantiam, arbitrio, prudentiæ, et consentiæ nostræ, et nobis concedendo super præmissis omnes facultates necessarias, et opportunas quibuscumque contrariis etiam speciali mentione dignis non obstantibus, et ut ex rescripto Sanctissimo 11 octobris proxime præteriti, de quo in actis infrascripti nostri notarii. Nos vero priusquam uteremur facultatibus nobis in dicto rescripto Sanctissimo concessis, satius duximus transmittere Sanctitati Sux prout de facto transmisimus copiam capitulorum ut supra per nos stipulatorum cum dictis patribus congregationis Missionis ad hoc ut super eisdem oraculum Sanctissimum haberemus, et plenam reportavimus Sanctitatis Sux approbationem prout ex epistola ejusdem R. P. D. Macedonii, in qua remissa fuit nobis copia per nos transmissa dictorum capitulorum cum rescripto novæ remissionis prudentiæ nostræ, de quo pariter in actis infrascripti nostri notarii. Nos igitur volentes in executionem dictorum sanctissimorum rescriptorum devenire ad opportunam, et necessariam declarationem præcipue ad tollendas quascumque difficultates, quæ in posterum oriri possent, dicimus, et auctoritate, qua fungimur declaramus rejicienda prorsus esse, prout sic nos rejicimus, et pro rejectis haberi volumus et mandamus capitula, et conventiones, quæ ex parte dicti regiminis Bononiæ prætendebantur a dictis patribus congregationis Missionis observari, et adimpleri occasione illorum admissionis in hanc civitatem, et quorum approbatio ut supra petita fuit a Sanctissimo, sed tamen fuit arbitrio, et pru-

dentiae nostrae ut supra remissa: successiveque utentes eadem apostolica auctoritate denuo approbamus, et ratificamus capitula, et conventiones per nos cum dictis patribus congregationis Missionis ut supra stipulatas sub die 23 proxime praeteriti mensis octobris ex rogitu infrascripti notarii, dictasque conventiones tantummodo, et non alias perpetuo observandas, et adimplendas esse volumus, et mandamus, imponentes unicuique superinde perpetuum silentium. Declaramus tamen ad omnem bonum finem, et effectum dictos reverendos patres congregationis Missionis in dicta domo, et ecclesia sancti Ignatii hujus civitatis residentes, illorumque successores illis tantummodo exemptionibus, et privilegiis gaudere debere, quibus gaudent aliae communitates ecclesiasticae regulares in hac civitate, et quae exemptiones communes appellantur, et non aliter etc. et ita etc. non solum etc. sed et omni etc.

Ita pronunciaui ego Vincentius cardinalis Malvetius archiepiscopus, et iudex delegatus.

§. 7. Postmodum, cum idem Vincentius cardinalis archiepiscopus, et visitator apostolicus animadvertisset, bona praedicta gravata reperiri propter nonnullas obligationes, et legata pia respicientia, sive peculiare functiones, ac festivitates celebrari solitas in ecclesiis duorum collegiorum hujusmodi, quae haud necessariae modo videbantur, sive ob sacras missiones, quarum onus clericis regularibus societatis suppressae hujusmodi impositum fuerat, et in quarum locum alias pias proficuasque exercitationes ipse substituerat; hinc a Nobis petiit obligationum et legatorum praedictorum abrogationem. Nos vero in re hac Nostro rescripto die xxviii. januarii currentis anni omnes facultates necessarias, et opportunas tribuimus eidem Vincentio cardinali archiepiscopo, et visitatori, qui facultatibus hujusmodi usus adhuc non fuit, ut ea, qua par est, maturitate legata, et obligationes, quae executionem, aut commutationem promerentur, ab aliis omnimode in posterum abrogandis discernantur. Interea perpenso, quod in ecclesia et collegio sanctae Luciae hujusmodi non solum sacrae functiones saepe celebrabantur, sed ibidem extabant publicae scholae grammaticae, humanitatis, et rhetoricae ad juventutem erudiendam, eidemque collegio nati reperiebantur duo convictus nuncupati, unus nempe nobilis, et alter civicus, ambo tamen sub directione

eorumdem clericorum regularium suppressae societatis ejusdem; hinc dictus Vincentius cardinalis archiepiscopus, et visitator enixe volens, ut civitas praefata hisce utilitatibus minime careret, omnem adhibuit operam in perquirendis inter regulares iis, qui ad id aptiores, utilioresque fuissent; cumque pro comperta haberet summa diligentia, industria, et sollicitudo, qua clerici regulares congregationis sancti Pauli decollati Barnabitarum nuncupati in juventute bonis moribus, literisque informanda, ac erudienda feliciter utuntur, hac de re directionem, et curam praedictarum ecclesiae, scholarum, ac utriusque convictus eis committendam esse putavit, illorumque omnium possessionem praeterito mense novembris superioris anni dicti clerici regulares praefatae congregationis adepti sunt, omnesque functiones tam ecclesiasticas, quam ad rem literariam pertinentes, ac prius ibidem expleri solitas laudabiliter usque adhuc peregerunt; et quamvis principales regulae eorum obligationes respicientes haberi possint pro jam conventis, et constitutis nihilominus res adhuc tota absoluta non est quoad assignationem ipsis faciendam, et quoad nonnullas alias conditiones, quae admodum potius, quam ad substantiam ipsius rei pertinere dignoscuntur. Demum, sicut usque ab initio idem Vincentius cardinalis archiepiscopus, et visitator a Nobis deputatus praecogitaverat necessarium omnino duxit instituere, atque erigere unam congregationem Clementinam nuncupandam, et pro tempore existenti archiepiscopo Bononiensi subjectam pro administratione dictorum bonorum, eorumque reddituum, ad quam quidem congregationem invigilare pertineat, ut onera ejusdem presbyteris secularibus, ac respective clericis regularibus praedictarum congregationum imposita suum assequantur complementum, atque ut fructus, et redditus, qui supersint in majorem publicam utilitatem publicumque levamen, et auxilium juxta Nostram mentem, et intentionem applicentur. Qua de re ipse die xix. aprilis currentis anni sententiam tulit, ac in ea firmis manentibus destinationibus tunc usque factis, et aliis provisionibus forsitan in posterum per ipsum faciendis, instituit, et erexit congregationem praedictam constitutam a decem viris assumptis ex omni personarum ordine, sive nempe canonicorum utriusque capituli dictae civitatis, sive senatorum, equitum, et mercatorum, atque a duo-

Uteriores providentiam ab eodem apostolico commissario susceptam.

bus consultoribus, theologo videlicet, et legali, nec non ab uno notario, et respective secretario, ea mente, ac intentione ut quo citius fieri possit, illæ condendæ essent leges; ac regulæ quæ utiliores viderentur, ac alias prout ex verbis dictæ sententiæ tenoris sequentis, nempe.

Firmis semper manentibus destinationibus per nos hucusque eadem apostolica auctoritate factis, et salvis, et reservatis aliis provisionibus per nos forsitan in posterum capiendis, unam erigimus, atque institimus congregationem, quam *Clementinam* appellari volumus, ex dictis decem dd. assumptis, seu præsidibus, nec non ex infrascriptis duobus consultoribus legali nempe, et theologo a nobis infra nominandis, et ex infrascripto nostro notario a secretis etc. quibus decem assumptis, seu præsidibus hanc præcipue curam incumbere volumus, et dictorum bonorum, et effectuum administratio ea majori qua fieri potest utilitate exerceatur, ac omnes, et singulæ destinationes, a nobis huc usque factæ, et a nobis pariter, seu a successoribus nostris in posterum faciendæ fideliter, et juxta propositos, ac respective proponendos fines plenariam semper sortiantur executionem, pro quo effectu eisdem concedimus, et impertimur, necessarias, et quomodolibet opportunas facultates. Eandem vero sic per nos institutam congregationem *Clementinam* nobis, ac successoribus nostris in hoc Bononiense archiepiscopatu omnimode subordinatam esse volumus, illiusque constitutiones, et leges quo citius fieri poterit complandas a nobis, seu a successoribus nostris approbandas esse mandamus. Nomina autem decem dd. assumptorum seu præsidum ut supra per nos electorum ad constituendam dictam congregationem, nec non dd. consultorum sunt infrascripta, videlicet. = D. co. Vincentius Zambeccari archidiaconus metropolitana Bononiæ. = D. marchio Hannibal Banzi canonicus dictæ metropolitana. = D. Lucius Natali præpositus collegiatae sancti Petronii. = D. Paulus Joseph Castelli Peratini prior dictæ collegiatae. = D. co. Hieronymus senator Legnani Ferri. = D. co. Joseph senator Malvasia. = D. co. Joseph Malvezzi Locatelli. = D. co. Odoardus Pepoli. = D. advocatus co. Dominicus Levera = D. Petronius Laodi.

Consultores dictæ congregationis.

P. magister Vincentius Panzacchi minor conventualis in conventu s. Francisci.

D. advocatus Gavazzi.

Et ita dicimus, et auctoritate apostolica prædicta declaramus non solum etc., sed et omni etc.

Vincentius cardinalis Malvetius archiepiscopus, et delegatus apostolicus.

§. 8. Cum autem sicut Nobis nuper exposuit idem Vincentius cardinalis archiepiscopus, et visitator apostolicus, præmissa omnia ab eo gesta, decreta, præscripta, et demandata una cum acquisitione domini, et dispositione prædictorum bonorum, ac reddituum, quacumque lege, statuto, ultima voluntate, contractu, conventionem, aliisque contrariis omnibus minime obstantibus per Nos apostolica auctoritate confirmari, et approbari plurimum desideret. Nos ipsius votis benigne annuere volentes, ejusque eximiam pietatem, prudentiam, diligentiamque in re hac cum singulari procurandæ salutis animarum zelo, adhibitam plurimum in Domino commendantes, ejus supplicationibus super hoc Nobis humiliter porrectis inclinati, præmissa omnia ab eodem Vincentio cardinali archiepiscopo, et visitatore apostolico, ut præfertur, sive quomodolibet gesta, facta, et executata quoad dispositionem, assignationem, et concessionem ecclesiarum, et bonorum dictorum duorum collegiorum sanctæ Lucie, et sancti Ignatii civitatis prædictæ Bononiensis, illorumque domini, nec non quoad erectionem seu institutionem præfatæ congregationis, una cum prædictis sententiis, earumque præinsertis verbis, ac omnibus et singulis in illis contentis, et expressis, auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus et approbamus; illisque perpetuæ, atque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adicimus, omnesque, ac singulos juris, et facti, ac solemnitatum etiam substantiales defectus, qui desuper quomodolibet intervenierint, sive intervenisse dici, aut censi possit supplemus, et sanamus; prædictaque omnia, et singula per ipsum Vincentium cardinalem archiepiscopum, et visitatorem a Nobis deputatum, gesta, disposita, ordinata atque præscripta, quacumque lege etiam in corpore juris clausa, et quibusvis statutis, ultimis voluntatibus, contractibus, conventionibus, et quibusvis aliis dispositionibus minime obstantibus, perpetuo ac inviolabiliter observanda, et exequenda esse pari auctoritate, ac tenore statuimus, volumus, atque mandamus.

Approbatio, et confirmatio apostolica super gestis, et decretis ab eodem commissario.



Clausula subla-  
ta, et decre-  
tum irritans.

§. 9. Decernentes ipsas præsentem literas firmas semper, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et S. R. E. cardinales etiam de latere legatos judicari, et definiri debere, et irritum si secus a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari.

Derogatio con-  
trariorum.

§. 10. Non obstantibus quorumcumque testatorum etiam ultimis voluntatibus, legatis, ac dispositionibus, quæ quoad præmissa sufficienter, et expresse derogamus, nec non constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, specialis, specifica, et individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales expressio ad hoc servanda foret illorum tenores huiusmodi præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima junii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto pontificatus Nostri anno sexto.

CCCXVII.

Dat. die  
28. junii  
1774.  
Anno VI.

Erigitur simplex beneficium ex bonis, ac redditibus parochialis ecclesiæ sanctæ Mariæ della Pomposa dirutæ, et suppressæ Mutinensis civitatis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecit dilectus filius modernus promotor fiscalis abbatiæ nuncupatæ sub titulo sanctæ Mariæ della Pomposa civitatis Mutinensis, de jure patronatus, ut asseritur, nobilis viri Francisci ducis Mutinensis, Regii, et Mirandulæ, quam dilectus filius Noster Alexander Sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconus cardinalis Albanus nuncupatus in commendam ad sui vitam ex concessione, et dispensatione apostolica obtinet, quod parochialis ecclesia sanctæ Mariæ della Pomposa pariter nuncupata jampridem in civitate prædicta existens, ac modo diruta, atque suppressa possidebat nonnulla bona, ac redditus, quibus præpositus curatus ejusdem ecclesiæ gaudebat, et fruebatur. Ad hoc itaque, ut bona prædicta minime disperdantur, et in posterum quoque existat titulus sanctæ Mariæ della Pomposa juxta vota ejusdem Francisci ducis fundatoris, ac munificentissimi benefactoris novi magni hospitii pauperum, et hospitalis dictæ civitatis, idem exponens cum bonis, ac redditibus prædictis unum beneficium simplex sub eodem titulo sanctæ Mariæ della Pomposa in ecclesia collegiata magni hospitii huiusmodi per Nos erigi, illudque sic erectum præposituræ dictæ ecclesiæ uniri, atque ad præsentationem, et nominationem ipsius Francisci ducis præposito pro tempore existenti ejusdem ecclesiæ, qui tamquam parochus, et caput illi præsidebit, conferri plurimum desiderat, atque ad id memorati Alexandri cardinalis consensus accedit. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

Expositio præ-  
cum.

§. 2. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratis, et favoribus prosecutionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, huius tantum rei gratia absolventes, et absolutum

Tenor conces-  
sionis aposto-  
licæ.

fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, prædicta bona, ac redditus memoratæ parochialis ecclesiæ sanctæ Mariæ della Pomposa dirutæ, atque, ut præfertur, suppressæ, quorum valorem præsentibus pro expresso haberi volumus, in simplex, ac perpetuum beneficium sub eodem titulo sanctæ Mariæ della Pomposa in dicta collegiata ecclesia magni hospitii ejusmodi, auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium erigimus, ac perpetuo instituimus, et beneficium simplex hujusmodi sic per Nos, ut præfertur, erectum, atque institutum præposituræ dictæ collegiatæ ecclesiæ perpetuo itidem auctoritate, et tenore prædictis unimus, annectimus, et incorporamus, atque dictum beneficium ad nominationem ipsius Francisci ducis pro tempore existenti præposito collegiatæ ecclesiæ hujusmodi conferendum esse volumus, et mandamus.

Clausula sublatæ, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes ipsas præsentibus litteras firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariarum.

§. 4. Non obstantibus Nostra, et cancellariæ apostolicæ regulis de exprimendo vero anno valore, ac de unionibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, et Lateranensis concilii novissime celebrati, uniones perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, et quibusvis aliis apostolicis, et in universalibus, provincialibusque, et synodalibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus,

et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima octava junii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCXVIII.

Præficiuntur leges pro gubernio collegii Ginnasii nuncupati.

Januarius tituli s. Benedicti S. R. E. presbyter cardinalis de Simone, ss̄ni. Domini Nostri papæ pro auditor, et iudex commissarius specialiter electus, et deputatus.

§. 1. Cum ss̄nus Dominus Noster Clemens, divina providentia pp. XIV. supplicationibus excelsi regiminis Bononiæ, et illiūorum, et excelsorum senatorum assumptorum pro gubernio communitatum illius comitatus, et provinciæ etiam nomine communitatis, et juvenum natorum in terra Castri Bononiensis, benigne inclinatus, chirographum propria manu Sanctitatis Sux die 28 currentis decembris mensis subsignatam, nobis pro executione in eo contentorum direxerit tenoris sequentis videlicet.

§. 2. R̄mo cardinal de Simone nostro pro = uditore = Ci hanno fatto rappresentare il reggimento della Nostra città di Bologna, ed i senatori assunti al governo delle comunità di quel contado, e provincia, in nome ancora della comunità, e de' giovani nativi della terra di Castel Bolognese, che il cardinal Ginnasio mentre viveva, istituì, e fondò in Roma un collegio chiamato col suo nome Ginnasio, e nell'atto di far testamento sotto il giorno 16 agosto 1638 dispose, che il detto collegio dovesse servire per il perpetuo mantenimento di otto giovani scolari nativi tutti di Castel Bolognese sua patria, al quale effetto providde lo stesso collegio di una commoda abitazione fornita de' necessarij mobili, ed utensili, lo dotò inoltre dell'annua rendita di scudi settecento; volle, che ne fossero perpetui governatori, ed amministratori i deputati del

Dat. die  
30. junii  
1774.  
Anno VI.

Chirographum  
exequendum  
dirigitur R.  
P. D. auditori  
papæ.

Tenor chirographi, in quo mentio extat primæ erectionis collegii.

monastero del Corpus Domini di Roma, chiamato similmente Ginnasio, e finalmente pose questa sua disposizione sotto la special protezione del reverendissimo cardinal decano pro tempore, come risulta dal testamento del detto cardinal Ginnasio umiliatoci. Ci hanno altresì fatto rappresentare, che una così pia istituzione riuscì molto utile, e profittevole alla detta terra di Castel Bolognese, ed ai giovani studenti nativi di essa; poichè occupando questi gli otto luoghi del detto collegio, ed apprendendo in esso la pietà, e le scienze produssero a se medesimi un considerabile vantaggio, e resero illustre la loro patria col numero de' soggetti, che hanno ivi fiorito nell'ordine tanto ecclesiastico, che secolare.

§. 3. E sebbene dopo qualche tempo, essendosi palesate le costituzioni, e statuti che si dissero fatti dal medesimo cardinal Ginnasio pel regolamento dello stesso collegio, rimanesse quindi in parte minorato, e ristretto il commodo, e vantaggio di detti giovani scolari oriundi di Castel Bolognese, poichè in essi statuti, venne a darsi ai discendenti delle famiglie, e degli eredi istituiti, e sostituiti nel testamento del detto cardinal Ginnasio la prelazione nei luoghi del detto collegio, quando anche non fossero nativi di detta terra, l'addove nel di lui testamento tutti gli otto luoghi erano stati precisamente assegnati ai giovani oriundi di Castel Bolognese senza alcuna contemplazione dei discendenti delle dette famiglie, ed eredi; nondimeno fuori della sola prelazione di essi, niente più rimase inculcato, e replicatamente prescritto in essi statuti, quanto la seguente legge, che *tutti i giovani da ammettersi in detto collegio dovessero esser sempre, e con effetto nativi di Castel Bolognese, e suo territorio, e non di altro luogo; e perciò non dovesse suffragare ad alcun estraneo qualsivoglia privilegio, o grazia di cittadinanza per esser ammesso al caritativo sussidio di detto collegio, e in difetto de' scolari di detto castello, e suo territorio dovessero interim restar sempre vacanti i luoghi per li scolari, che sarranno veri nativi di detto castello* = come dalla copia delle medesime costituzioni, e statuti parimente umiliatici.

§. 4. Similmente ci hanno fatto rappresentare, che sarebbe stato perciò tollerabile in qualche modo il pregiudizio derivato ai detti giovani nativi di Castel Bolognese dalla prelazione conceduta

matione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis quibusvis personis, ac sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, ac cum quibuslibet etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenore hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, ac forma in illis tradita observata exprimerentur, et insererentur præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permanentis ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die secunda decembris millesimo septingentesimo vicesimo secundo, pontificatus nostri anno quinto.

§. 5. Cum autem sicut eadem expositio subungebat, licet ipsi exponentes in quietâ, et pacifica possessione semper fuerint exercitiî prædictæ jurisdictionis, aliorumque omnium ab ipso Benedicto prædecessore in suis literis prædictis munificentissime concessorum juxta etiam præcedentes pontificias gratias, et privilegia, quæ dictus Benedictus prædecessor ex integro, et de novo etiam concessit, atque indulgit; nihilominus ipsi ut ferventius, ac eo, quo par est, zelo ac diligentia exercere valeant publica ejusdem civitatis officia, quæ eo magis honorabiliora redduntur, quo exercitium facultatum, et privilegiorum in dictis literis concessorum suppeditare valeat obedientiam, et subjectionem debitam ab iis, qui ab eorum curis, ac sollicitudinibus dependere tenentur, memoratas ipsius Benedicti prædecessoris literas, cum omnibus facultatibus in eis contentis, atque præscriptis ad majorem publicam utilitatem, majusque deus exercitiî publicorum officiorum per Nos confirmari, et approbari plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari

Preces porre-  
ctæ pro confir-  
matione con-  
stitutionis Be-  
nedictinæ, quæ  
conceditur.

fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præinsertas literas ejusdem Benedicti prædecessoris, cum omnibus, et singulis facultatibus, aliisque in eis concessis contentis, atque præscriptis auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approhamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adicimus, nec non eas inviolabiliter exequendas, et observandas esse volumus, atque mandamus.

Clausula salutaris, et irritantes, cum derogatione contrariorum.

§. 6. Decernentes ipsas præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, atque ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de lateri legatos judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quæ idem Benedictus in suis literis prædictis voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die quinta julii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCXX.

Dat. die  
6. julii  
1774.  
Anno VI.

Clericis regularibus sancti Pauli Barnabitis nuncupatis civitatis Perusinæ conceduntur ædes, et ecclesia suppressæ societatis Jesu in dicta civitate existentis etc.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii modernus præpositus, alique clericis regulares collegii sancti Herculani congregationis clericorum regularium Barnabitarum nuncupatorum civitatis Nostræ Perusinæ, quod vix suppressa societate Jesu, congregatio particularis dilectorum filiorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium super negotiis ejusdem suppressæ societatis Jesu a Nobis deputata rescire voluit a venerabili fratre episcopo Perusino, quis ex ordinibus regularibus optaret assecutionem ecclesiæ, et domus ad extinctam societatem hujusmodi jam pertinentium, et in dicta civitate existentium cum oneribus tamen, quæ præferebantur ab individuis ejusdem suppressæ societatis, et cum retentione respective ecclesiarum, et domorum, aliorumque omnium ab ipsis possessorum.

Expositio præcui porrectarum pro obtinenda concessione domos, et ecclesie ætantium ad suppressam congregationem.

§. 2. Idem vero episcopus suum pandidit desiderium, et curavit, ut acquisitio isthæc ab ipsis exponentibus peragenda esset, iique in præexistentium locum subrogarentur; desiderio hujusmodi obsecundantes, prævio essensu dilecti itidem filii præpositi generalis memoratæ congregationis, prædicti exponentes capitulariter congregati decreverunt, supplices porrigere preces eidem episcopo, prout reipsa porrectæ sunt, ad patefaciendam memoratæ congregationi eorum voluntatem super hac acquisitione, quam una cum dictis oneribus explere ipsi cupiebant. Successive igitur exposita voluntate hac prædictæ congregationi ab ipso episcopo, qui præterea suum quoque addidit votum favore eorundem exponentium, præfata congregatio, Nobis auditis, die vice-sima nona januarii currentis anni suis literis ad eundem episcopum transmissis, ædes, et ecclesiam suppressi collegii hujusmodi cum suis annexis intra clausuram ipsis exponentibus concessit, ac alias prout in eisdem literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad ver-

Episcopus Perusinus concessionem approbat.

bum insertis haberi volumus, fasius dicitur contineri.

Descriptio rerum tradendarum in vim pertractae concessionis.

§. 3. Itidemque postea per alias literas scriptas die trigesima aprilis proxime præteriti eidem episcopo, Nobis pariter auditis, memorata congregatio mandavit, ut individuis prædictis in eorum discessu consignanda essent lectus, et mobilia, quæ in cella quisque ad suum usum habebat, reliqua vero mobilia, totamque suppellectilem sacram, et prophanam nedum ecclesiæ, sed etiam collegii, et quatuor calices argenteos dictis exponentibus tradi iussit, ac alias prout in posterioribus his literis, quarum quoque tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus uberius dicitur contineri.

Imploratur facultas pro translatione perpetuorum onerum, quæ conceditur.

§. 4. Posteaquam igitur præmissa omnia concessa fuerant, ipsi exponentes e re sua putarunt se se e domo, et ecclesia sancti Herculani transferre ad illas suppressæ societatis huiusmodi, quemadmodum evenit, ad hoc ut eorum obligationibus satisfacerent; antequam tamen eorum transitum huiusmodi executioni demandarent, supplices Nobis porrexerunt preces pro obtinenda translatione perpetuorum onerum missarum cum duabus cappellaniis juxta notulam tunc exhibitam ab ecclesia sancti Herculani ad prædictam aliam ecclesiam, ad quam novissime se contulerant; Nosque per rescriptum æditum die decima sexta maii proxime elapsi petitæ translationi ejusmodi annuendum esse censuimus, ac alias prout in eodem rescripto, cujus tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

Confirmatio apostolica omnium concessionum, et gratiarum.

§. 5. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo firmius concessionem, et gratiæ, ut præfertur, elargitæ, transitusque prædictus, cum omnibus juribus, honoribus, privilegiis, indulgentiis, et oneribus, subsistant, et serventur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiti dicti exponentes plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt,

hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, prædictas concessionem, et gratias eidem exponentibus, sicuti præmittitur, elargitas, atque tributas, eorumque transmigrationem ab ecclesia, et domo sancti Herculani ad prædictas alias suppressæ societatis huiusmodi, cum omnibus eorum oneribus, et obligationibus, tam ex fundatione, quam vi aliarum ultimarum voluntatum, ac piarum dispositionum, nec non cum omnibus, et singulis illorum juribus, pertinentiis, prærogativis, superintendentiis, indulgentiis, honoribus, et privilegiis tam spiritualibus, quam temporalibus, quibus ipsi exponentes in domo, et ecclesia sancti Herculani huiusmodi fruebantur, potiebantur, et gaudebant, ac præterea eum translatione quoque omnium piarum dispositionum, concessionum, donationum, dotationum, et legatorum factorum, seu relictorum favore eorundem exponentium, atque domus, et ecclesiæ sancti Herculani huiusmodi, auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque perpetuæ, ac inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus. Ac insuper ad præmissorum effectum, quatenus opus sit, omnibus, et quibuscumque, etiam ultimis voluntatibus, dispositionibus, et legatis, aliisque cunctis, et singulis rebus quomodolibet contrariis, et quæ incompatibilia sint, cum eorundem exponentium jam secuta transmigratio prædicta, eorundem ultimarum voluntatum, dispositionum, aliorumque præmissorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis habentes, auctoritate, et tenore prædictis derogamus, prædictasque ædes, et ecclesiam suppressæ societatis in omnibus, et per omnia habendas, et considerandas esse per inde ac si illæ forent sancti Herculani pari auctoritate, et tenore statuimus, et declaramus.

§. 6. Decernentes ipsas præsentem literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a

Clausula sublatâ, et decretum irritans.



quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-  
trariorum.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die sexta iulii millesimo, septingentesimo, septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCXXI

Dal. die  
9 julii  
1774.  
Anno VI.

Communitati civitatis Recinatensis concedatur ædes, et collegium jam extinctæ societatis Jesu in eadem civitate existentis.

Clemens PP. XIV

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio con-  
cessionis facta  
a congregatio-  
ne cardinalium  
præposita ne-  
gociis suppressæ  
societatis Je-  
su, favore com-  
munitatis.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii magistratus, et communitas civitatis Nostræ Recinatensis, quod novissime nempe de mense majoris currentis anni 1774 congregatio dilectorum filiorum Nostrorum S.R.E. cardinalium super negotiis suppressæ societatis Jesu a Nobis deputata de mandato Nostro decrevit, ut ædes suppressi collegii ejusdem civitatis, cum ecclesia, et mobilibus ibidem existentibus, et libris bibliothecæ gramaticam, humanasque literas, et rethoricam respicientibus concedendæ essent, prout concessit communitati prædictæ, reservatis cæteris bibliothecæ libris dispositioni dilecti filii moderni thesaurarii generalis cameræ Nostræ apostolicæ, ac insuper jus-

sit, ut subministranda essent eidem communitati annua scuta biscentum a camera apostolica, ea tamen lege, quod communitas teneatur suis sumptibus infrascripta onera adimplere; nempe ad juventutis eruditionem publicas scholas aperire, et magistros ad id necessarios, præsertim humanarum literarum, et rethorices conducere; in loco conspicuo concessarum ædium collegii, quatenus in usum prophanum convertantur, lapidem apponere cum declaratione, quod nulla gaudeat immunitate ecclesiastica: ecclesiæ fabricam manutenere: ædituum, et custodem in ea constituere: ministrorum stipendium, omnem suppellectilem, aliaque necessaria subministrare pro cultu ecclesiæ, ac præsertim, ut in ea quotidie celebrentur cum libera applicatione duæ missæ, quolibet die festo duo confessorii præsto esse fidelium confessionibus excipiendis, consuetis diebus exercitium bonæ mortis peragatur, cum expositione augustissimi Eucharistiæ sacramenti, et concione ad populum, prout etiam piæ congregationes de more fiant nobilium, artificum, et rusticorum, ac scholarium, cum respectivis sacris directionibus, et consueta celebretur solemnitas sancti Viti protectoris civitatis, et titularis ecclesiæ: ita tamen, ut ministri ecclesiæ hujusmodi a dicta communitate eligendi, et sacerdotes ab ea nominandi in confessorios, vel concionatores, vel pro aliis exercendis piis operibus episcopo Recinatensi præsententur, et sine illius præcedenti approbatione, commissum munus exercere nequeant; prout etiam magistri a communitate deputati docendi exercitium non assumant, nisi prius ab eodem episcopo fuerint approbati quoad doctrinam, et mores, debitamque emiserint professionem fidei, ac alias prout ex decreto dicto mense a memorata congregatione edito, atque ab eisdem cardinalibus subscripto, cujus tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo firmitus omnia in dicto decreto concessa, mandata, et contenta subsistant, et serventur exactius, ipsi exponentes ea per Nos approbari, et confirmari plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere; et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prose-

Preces porrectæ pro obtinenda confirmatione apostolica.

Tenor gratiæ concessæ ad

formam pre-  
cmm.

qui volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinanti præmissum decretum de mandato Nostro, a memorata congregatione eardem cardinalium mense maio proxime præterito æditum, una cum omnibus, et singulis concessionibus, legibus, et ordinationibus in eo contentis, et expressis auctoritate Nostra apostolica, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque perpetuæ, ac inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus, omniaque prædicta perpetuis futuris temporibus observanda, et exequenda esse pari auctoritate, et tenore præcipimus, et jubemus.

Clausula sub-  
blata, et decre-  
tum irritans.

§. 4. Decernentes ipsas præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatur  
omnibus in con-  
trarium facien-  
tibus.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quibusvis aliis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die nona iulii millesimo se-

ptingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCXXII.

Dat. die  
13. iulii  
1774.  
Anno VI.

Concessio pro rege christianissimo iuris nominandi ad metropolitanam ecclesiam Bisuntinam.

Charissimo in Christo filio Nostro Ludovico Francorum regi christianissimo.

Clemens PP. XIV.

Charissime in Christo fili Noster salutem et apostolicam benedictionem.

§. 1. Alias postquam fel. rec. Innocentius pp. XII prædecessor Noster eximii cla. mem. Ludovici XIV dum vixit Francorum regis christianissimi ejusque progenitorum, et majorum regum christianissimorum principum longe clarissimorum invictissimorumque Christi athletarum, ac egregiorum Sedis apostolicæ cultorum pro meritis adductus, eidem Ludovico regi ejus vita durante tantum, et quamdiu in sinceritate fidei, et unitate Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cum obedientia, ac devotione suis, et successorum suorum romanorum pontificum canonicè intrantium perstitisset, ac civitatem Bisuntinam possedisset jus nominandi personam idoneam in theologia magistrum, aut in decretis doctorem, seu licentiatum nobilium universitatum more, diligenti examine præcedente, promotum ad metropolitanam ecclesiam Bisuntinam tunc vacantem, et quotiescumque illam quibuscumque modis, et ex quorumcumque personis non tamen per obitum apud Sedem prædictam vacare contigisset eidem Innocentio prædecessori, et pro tempore existenti romano pontifici per memoratum Innocentium prædecessorem, et eundem romanum pontificem in archiepiscopum Bisuntinum ad nominationem hujusmodi instituendum reservaverat atque concesserat; qua subinde metropolitana ecclesia per ultimi tunc illius archiepiscopi extra romanam curiam defuncti decessum vacante rec. mem. Clemens pp. XII etiam prædecessor Noster cl. itidem mem. Ludovico XV eorumdem Francorum regi christianissimo pro illa vice tantum jus nominandi personam idoneam supradictis

Laudes regum christi-  
anissimorum, et  
expositio con-  
cessionum eor-  
um favore fa-  
ctarum.

qualitatibus præditam ad prædictam ecclesiam Bisuntinam, sicut præmittitur vacantem ipsi Clementi prædecessori, seu romano pontifici prædicto per dictum Clementem prædecessorem, vel eundem romanum pontificem in archiepiscopum Bisuntinum ad nominationem hujusmodi instituendam reservavit pariter, atque concessit, et alias prout tam in ipsius Innocentii die xxxi. julii MDCXVIII, quam ejusdem Clementis prædecessorum prædictorum, die xx. augusti MDCCXVIII. in simili forma Brevis respective expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes fusius continetur.

§. 2. Postmodum cum dictæ metropolitanæ ecclesiæ ultimus archiepiscopus quem scilicet idem Ludovicus XV rex vigore concessionis sibi ab eodem Clemente prædecessore per memoratas ipsius literas factæ ad illam nominaverat, extra eandem romanam curiam debitum naturæ persolvisset, dictaque ecclesia per obitum ejusmodi vacasset rec. quoque mem. Innocentius pp. XIII prædecessor quoque Noster, qui eundem Ludovicum XV regem ob egregiam, quam præseferbat indolem, aliaque præclararum virtutum indicia in visceribus paternæ charitatis gerebat, motu proprio ac de apostolicæ potestatis plenitudine eidem Ludovico XV regi ejusque tantum vitæ durante, jus, ut præfertur, nominandi personam idoneam ad ecclesiam Bisuntinam prædictam tunc vacantem, et quoties illa in posterum quovis modo, non tamen per obitum in curia vacare contigisset, reservavit itidem, atque concessit, ac alias prout in ipsius Innocentii XIII prædecessoris literis in simili forma Brevis die xxxi. augusti MDCCXXII expeditis, quarum pariter tenores hic pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes continetur.

§. 3. Nunc vero Nos qui majestatem tuam ob præclaras animi tui dotes, atque religionis zelum, ac in Nos et sanctam Sedem observantiam, aliarumque quibus gloriosi reges christianissimi progenitores tui præcipue præfulserunt, eximiarum virtutum argumenta quæ in te splendere conspiciuntur singulari paternæ charitatis affectu prosequimur, firma spe, ac fiducia in Domino freti, fore ut eorundem majorum tuorum vestigiis inhærens populos ditioni tuæ creditos in fide catholica, ac veteri erga Sedem prædictam obedientia continere pari laude sis conatu-

rus, constitutionesque apostolicas in universis dominiis tuis debitæ semper executioni mandari, ac Sedis ejusdem honorem, et auctoritatem illibatas conservare omni studio sis curaturus, quo regiam benevolentiam erga personas benemeritas, tibi que gratas, et acceptas exercere valeas specialem tibi gratiam facere volentes, ac sperantes quoque te in nominandis ad prædictam ecclesiam Bisuntinam pro tempore pastoris solatio destituta, personis quæ vitæ integritate, religione, fide et doctrina præstantes, ac archiepiscopalis muneris prærogativa dignæ sint, summum studium, summamque diligentiam semper adhibiturum, nec conscientiam tuam hac in re ullo modo lædi passurum esse, motu proprio, ac ex certa scientia Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine tibi, tua tantum vitæ durante, et quamdiu in sinceritate fidei, et unitate ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ac obedientia, et devotione Nostris, et successorum Nostrorum romanorum pontificum canonice intrantium similiter perstiteris, tandemque civitatem Bisuntinam possideris, jus nominandi personam idoneam prædictis qualitatibus præditam ad ecclesiam Bisuntinam præfatam quotiescumque illam quibusvis modis, et ex quorumcumque personis, non tamen per obitum apud Sedem prædictam vacare contigerit Nobis et romano pontifici qui pro tempore fuerit, per Nos, et eundem romanum pontificem in archiepiscopum Bisuntinum ad nominationem hujusmodi instituendam tenore præsentium reservamus itidem, atque concedimus, ac irritum et inane si secus contigerit decernimus.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac prædictæ ecclesiæ Bisuntinæ etiam consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis eidem ecclesiæ, ejusque capitulo, et quibusvis aliis sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, et cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, decretis etiam motu proprio, ac ex certa scientia, et consistorialiter concessis, ac etiam iteratis vicibus confirmatis, et renovatis: Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, expressio, aut quævis alia ad id exquisita forma servanda foret, tenores hujusmodi derogamus, illaque adversus

Derogatio contrariorum.

Prorogatio juris nominandi facta ad vitam regis Ludovici XV.

Idem privilegium, cum suis exceptionibus, ac reservationibus novo regi tribuuntur.

præmissa suffragari nullo modo posse, seu debere similiter decernimus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima mensis julii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die  
20. julii  
1774.  
Anno VI.

CCCXXIII.

Pro rege christianissimo indultum nominandi ad Ecclesiam Auraicensem, et monasteria consistorialia diœcesis Auraicensis.

Charissimo in Christo filio nostro Ludovico francorum regi christianissimo.

Clemens PP. XIV.

Charissime in Christo fili noster salutem, et apostolicam benedictionem.

Memorantur concessiones regi Francorum factæ a Clemente XI. ob eximia illius merita, et extirpatione hæreticæ pravitate a diœcesi Auraicensi.

§. 1. **A**lias fel. rec. Clemens pp. XI prædecessor noster eximiis clare: Ludovici XIV, dum vixit francorum regis christianissimi eiusque progenitorum et majorum regum christianissimorum principum longe clarissimorum, invictissimorumque Christi athletarum, ac egregiorum Sedis apostolicæ cultorum pro meritis adductus eidem Ludovico regi, qui, ut ipse Clemens prædecessor acceperat, civitatem, et totam diœcesim Auraicensem ab omni hæreticæ pravitate labe expurgatis, ac eliminatis prophanis, sacros catholicæ religionis ritus ecclesiis restitui curaverat, ejus vita durante tantum, et quamdiu in sinceritate fidei, et unione S. R. E., nec non obedientia et devotione sibi ac successoribus suis romanis pontificibus canonicè intransantibus perstitisset, eandemque civitatem Auraicensem possedisset, jus nominandi personas probatas, bonorum nominis, et famæ, ac secundum sacrorum canonum, et concilii Tridentini decretorum dispositiones, idoneas, ad dictam ecclesiam Auraicensem, ac omnia, et singula monasteria consistorialia dumtaxat in prædicta diœcesi Auraicensi consistentia, quotiescumque illam, et illa quibusvis modis, et ex quorumcumque personis non tamen per obitum apud sedem eandem, vacare contigisset eidem Clementi prædecessori et romano pontifici, qui pro tempore fuis-

set per ipsum Clementem prædecessorem, et eundem romanum pontificem eidem ecclesiæ Auraicensi, et monasteriis respective ad nominationem hujusmodi præficiendas, reservavit, concessit, assignavit, et alias prout in ipsius Clementis prædecessoris literis die xxvii aprilis MDCCVI. expeditis, quarum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

§. 2. Postmodum vero idem Clemens prædecessor clare quoque memorato Ludovico XV dum vixit, eorundem francorum regi christianissimo avo tuo, eximiis suis ita exigentibus meritis, motu proprio, atque ex certa scientia, et de apostolicæ potestatis plenitudine, ejus tantum vita durante, jus nominandi personas idoneas, ad memoratam ecclesiam Auraicensem, ac omnia et singula monasteria consistorialia dumtaxat in præfata diœcesi Auraicensi existentia, quotiescumque, et ecclesiam Auraicensem hujusmodi, non tamen apud dictam sedem, vacare contigisset, eidem Clementi prædecessori, et romano pontifici pro tempore existenti, per ipsum Clementem prædecessorem, eundemque romanum pontificem eidem ecclesiæ Auraicensi, et monasteriis respective ad nominationem prædictam præficiendas reservavit pariter, concessit, et assignavit, ac alias prout in subsequentibus ejusdem Clementis prædecessoris literis in pari forma Brevis die vii. februarii MDCCXXI expeditis quarum quoque tenores presentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

§. 3. Modo Nos qui majestatem tuam præcipuo, ac vere peculiari prosequimur paternæ charitatis affectu firmaspe, ac fiducia in Domino freti, fore ut non minori, quam reges eorundem francorum christianissimi progenitores tui, pietate, religionis zelo, aliisque christianissimè rege dignis virtutibus magis magisque in dies sis præfulsurus, potissimum vero viæ eorundem maiorum tuorum vestigiis impressæ inhærens, populos ditioni tue creditos in fide catholica, ac vetere erga Sedem prædictam obedientia continere, pari laude sis curaturus, constitutionesque apostolicas in universis domiciliis suis debitæ semper executioni mandari, ac sedis ejusdem honorem, et auctoritatem illibatas conservari omni studio sis curaturus, specialem tibi gratiam facere

Prorogatio concessionis favore elterius regis Ludovici XV. pariter ad vitam.

Idem jus conceditur ad vitam novi regis Ludovici XVI cum suis reservationibus, et conditionibus.

volentes, nominationesque personarum tam ad eandem ecclesiam Auraicensem, quam ad monasteria prædicta per te, a die obitus ipsius Ludovici XV regis avi tui Nobis factas, perinde ac si licentia et facultas nominandi ad eandem ecclesiam et monasteria hujusmodi, tibi per Nos continuata fuisset, validas, et efficaces fuisse, esse, et fore decernentes, et declarantes; sperantesque te in nominandis ad ecclesiam Auraicensem, et monasteria consistorialia prædicta personis, quæ vitæ integritate, religione, fide, doctrina præsent, ac episcopalis muneris prærogativa, et alias respective dignæ sint summum studium, summamque diligentiam in posterum quoque adhibiturum, nec conscientiam tuam hac in re ullo modo lædi passurum esse, motu proprio, et ex certa scientia Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine tibi, tua tantum vita durante, et quamdiu in sinceritate fidei, et unione ejusdem S. R. E. ac obedientia, et devotione Nostris, et successorum nostrorum romanorum pontificum canonicè intrantium similiter perstiteris, jus nominandi personas idoneas, prædictis qualitatibus præditas, ad memoratam ecclesiam Auraicensem, ac omnia et singula monasteria consistorialia dumtaxat in præfata diœcesi Auraicensi consistantia, quotiescumque tam illa quam etiam eandem ecclesiam Auraicensem quibuscumque modis, et ex quorumcumque personis, non tamen per obitum apud Sedem prædictam vacare contigerit, Nobis et romano pontifici, qui pro tempore fuerit, per Nos, et eundem romanum pontificem eisdem ecclesiæ Auraicensi, et monasteriis respective ad nominationem hujusmodi præficiendas tenore præsentium reservamus itidem, atque concedimus, et assignamus, ac irritum, et inane si secus attentari contigerit decernimus.

Derogatio consistoriorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ecclesiæ Auraicensis, et monasteriorum prædictorum, ac ordinum quorum illa existant etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, privilegiis apostolicis etiam eidem ecclesiæ Auraicensi ejusque capitulo, ac quibusvis aliis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, et decretis et motu proprio, ac ex certa scientia et consistorialiter concessis, ac etiam iteratis vicibus confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus etiam pro sufficienti illi-

*Bull. Rom. Tom. IV.*

lum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut quævis alia expressio ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi derogamus, illaque adversus præmissa suffragari nullo modo posse seu debere decernimus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima julii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCXXIV.

Dat. die  
16. julii  
1774.  
Anno VI.

Facultas traducendi moniales sanctæ Claræ civitatis Salisburgensis ad conventum Cappuccinorum ejusdem civitatis, et respective Cappuccinos ad monasterium monialium prædictarum.

Venerabili fratri  
archiepiscopo Salisburgensi.

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater salutem  
et apostolicam benedictionem.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecisti, quod licet conventus ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum intra septa istius civitatis Salisburgensis positus reperitur, nihilominus in adeo remoto, ac simul eminenti loco extat, ut non levia inde præjudicia proveniant. Quandoquidem ipsius ordinis professores, tam in sacramentis administrandis, quam in ferendo spiritali auxilio infirmis, et in ultimo agone constitutis plerumque suos labores assidue, ac laudabiliter impendere assueverunt. E contra vero in eadem civitate adest monasterium monialium ordinis pariter minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum sub regula sanctæ Claræ de Loreto vulgo nuncupatæ, quæ quidem moniales, quoties translatae essent ad locum modo a fratribus Cappuccinis prædictis inhabitatum, aere magis eminenti, et aperto, ac pro eis, quæ intra clausuræ fines continuo permanere debent admodum meliori ipsæ fruerentur, nec incommodum difficilis accessus ægre ferrent, quin

Ratio concessionis.

Y y y



imo locus iste utpote valde editus, et infrequens solitariæ earum vivendi rationi admodum conveniret; quibus ex causis moniales prædictas ab earum monasterio ad memoratum conventum fratrum Cappuccinorum transferre, idemque monasterium dictis fratribus assignare posse plurimum desideras. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor gratiæ.

§. 2. Nos igitur te specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque da causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, attentis expositis, fraternitati tuæ facultatem traducendi, et collocandi supradictas moniales sanctæ Claræ in prædicto conventu Cappuccinorum, et viceversa traducendi, et collocandi in monasterio earundem monialium sanctæ Claræ nuncupatæ de Loreto eosdem fratres Cappuccinos juxta petita auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus; tibi que consentaneam quoque potestatem capiendi pro interim, donec scilicet traductio ista, et collocatio paranda erit, et complenda, cautam, idoneamque provisionem super personis, habitatione, et mora monialium, ac respective Cappuccinorum, cum horum cæteroquin regularis superioris intelligentia auctoritate, et tenore prædictis tribuimus, et imperitumur. Volumus autem, ut expensæ omnes pro ejusmodi traductione, collocatione, et respectiva clausura ex tuo ærario fiant, neque quidquam circa illorum, et illarum vota, et regularia instituta per præsentem innovatum esse declaramus.

Clausulæ salutaris.

§. 3. Decernentes easdem præsentem literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et Sedis apostolicæ nuncios ju-

dicari, et deserviri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non conventus, monasterii, et ordinum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo, ad verbum insertis habentes, illis alia in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die decima sexta julii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno sexto.

Clausula subla-  
ta, et decre-  
tum irritans.

CCCXXV.

Facultas commutandi monasterium monialium ordinis sancti Benedicti de Numberg civitatis Salisburgensis in religiosam domum, et capitulum canonicarum.

Venerabili fratri archiepiscopo  
Salisburgensi

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater salutem  
et apostolicam benedictionem.

§. 1. Nuper fraternitatis tuæ nomine Nobis expositum fuit, quod in monasterium monialium ordinis sancti Benedicti de Numberg vulgo nuncupatum istius civitatis Salisburgensis ex suæ foundationis lege eæ tantum mulieres admittendæ sunt, quæ nobilitate polleant; propter vero plures circumstantias una simul convenientes, nulla ex mulieribus nobilibus regularem habitum in eodem

Dat. die  
16. juli  
1774.  
Anno VI.

Tenor precum  
porrectarum  
super admissio-  
ne mulierum  
in monasterio.

monasterio suscepit, ac moniales, quæ ibidem nunc existunt, a decessoribus tuis archiepiscopis Salisburgensibus nobiles declaratæ fuerunt, ut ita per modum provisionis legi foundationis prædictæ supplementum interim videretur.

Improbatur consuetudo declarandi nobiles mulieres, ingredientes in monasterium.

§. 2. In his itaque rerum circumstantiis necessarium omnino redditur, vel futuris quoque temporibus nobiles creare omnes illas mulieres, quæ tales non sint, quæque petant monasterium prædictum ingredi, et regularem vitam in eo profiteri desiderent, vel monasterium prædictum in magis congruentem usum commutare, ne derelictum illud relinquatur. Quoniam vero experientia compertum est, quod licet præteritis temporibus expediens, et opportunum visum fuerit prædictas mulieres in nobiles declarare, idque per modum provisionis usque adhuc evenit, ea sub spe, quod aliæ mulieres vera nobilitate reipsa præditæ monasterium prædictum tandem ingredi, ac in illo regularis vitæ rationem servare vellent; nihilominus, cum omnis super hoc spes modo evanuerit, certum idcirco redditur, eandem regulam novas semper creandi mulieres nobiles, ut ita in monasterio hujusmodi ipsæ regularem vitam profiteri valeant, in posterum quoque continuo servandam esse, non sine irrisione, ac molestiarum evidenti periculo, et contra apertam legem foundationis, cujus præcipue finis ille fuit, consulendi nempe nobilibus puellis, non vero suppeditandi causam, propter quam aliæ mulieres nobilitate destitutæ uti nobiles declararentur; atque hinc ex præmissis necessarium omnino dignoscitur, monasterium hujusmodi in alios pios, ac religiosos usus commutare.

Imploratur facultas derogandi legi foundationis, et subrogandi novam congregationem, pro admissione etiam non nobilium.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, tu eo, quo polles pastoralis zelo, ac studio, id totum procurandi, quod commissio tibi gregi spirituali adjumento esse valeat, nil magis in hoc rerum statu convenire putes, quam quod si in monasterio prædicto erigatur unum capitulum canonissarum nobilium pro mulieribus nobilibus istius diocesis, et principatus, cui una ex eis ætate præsertim gravis præesse debeat ad instar aliorum similium monasteriorum, quæ in civitate Pragensi atque in Mirimundensi, aliisque Germaniæ locis reperiuntur; quippe quia hoc ferme modo divinum servitium frequens, et assiduum ibidem esset, ac meliori, qua fieri potest ratione, finis foundationis, consulendi scilicet puellis nobilibus suum assequeretur effectum, et

*Bull. Rom. Tom. IV.*

puellæ ipsæ præsertim pauperes, quæ suas impendant operas in exercitia pietatis, Deoque inservire, illumque laudare cupiant, firmum pro earum pia, ac recta educatione in eo subsidium invenirent, ideoque facultatem præmissa omnia peragendi tibi per Nos concedi plurimum desideres. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in eisdem præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

§. 4. Nos igitur te specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, attentis expositis, et circumstantiis, eidem fraternitati tuæ facultatem, ut, facta in prædicto monasterio de Numberg suppressione, et abolitione vigentis nunc instituti monialium ordinis sancti Benedicti, idem monasterium in religiosam domum, et capitulum canonissarum sæcularium pro nobilibus fœminis reducere, et immutare libere, ac licite possis, et valeas auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus, ea cæteroque sub conditione, ac lege, ut monialibus nunc in ipso monasterio existentibus liceat sub tua auctoritate, et directione, vel in eodem monasterio persistere, ac remanere, servando vota solemniter emissa, perpetuamque clausuram, sub nomine tamen, et habitu ejusmodi canonissarum, vel transire in aliud, aliæque ejusdem ordinis sancti Benedicti, sive alterius, de placito tamen earundem monialium, ordinis monasteria, ibique communem cum cæteris monialibus regulam prosequendo convivere, sumptibus tamen dicti monasterii de Numberg, unde eruat profecturæ.

Concessio gratiæ juxta preces.

§. 5. Decernentes ipsas præsentem literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, et Sedis apostolicæ nun-

Omnia servari præcipitur cum clausulis etiam irritantibus.

Y y y y 2

cios judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Et cum derogatione omnium in contrarium faciendum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et monasteriorum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Cæterum per præsentem non intendimus canonissarum hujusmodi institutum, et denominationem in aliquo adprobare. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima sexta julii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCXXVI

Dat. die  
18 julii  
1774.  
Anno VI.

Facultas nuntio Poloniæ deputandi professores quorumcumque ordinum regularium supplicante rege Poloniæ.

Venerabili fratri Josepho archiepiscopo Berytensi ad carissimum in Christo filium Nostrum Stanyslaum Augustum Poloniæ regem illustrem nostro, et Sedis apostolicæ nuntio.

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater salutem et apostolicam benedictionem

Expositio præcum.

§. 1. **C**um inter curas, et sollicitudines, quibus carissimus in Christo filius noster Stanyslaus Augustus Poloniæ rex illustris, nec non inclytæ respUBLICÆ ordines ad rectam juventutis institutionem animum intendunt, ea præ-

cipue sit, ut non modo scholæ hæcenus existentes novis adjumentis fulciantur, verum etiam ad majorem publicæ rei utilitatem latius propagentur, ex parte ejusdem Stanyslai Augusti regis, et octovirorum juventuti instituendæ supplicatum Nobis fuit, ut Nostra etiam auctoritate salutaria hujusmodi consilia tueri, atque ex parte Nostra, opem, ac manum adjutricem porrigere dignemur.

§. 2. Nos quibus nihil potius est, quam cum civili etiam religiosam et catholicam juventutis institutionem ubique terrarum promovere, ut Christi fideles quo magis religiosi, ac civilibus officiis instructi et etiam utiliores, tum Ecclesiæ, tum reipublicæ reddantur, petitionibus super hoc Nobis porrectis benigne inclinati fraternitati tuæ, tuisque in officio isto successoribus pro tempore existentibus Nostris, Nostrorumque successorum, et apostolicæ Sedis nuntiis committimus, et mandamus, ut omnes et singulos religiosos ordinum regularium professores, quos ad munus instituendi pietate, et literis juventutem idoneos et aptiores repereris et judicaveris (habito prius cum superioribus eorum provincialibus consilio) dispenses, imo inducas, ut scholarum, quibus octoviri prædicti eos præficere intendant, curam suscipiant, easque diligenter ac religiose regant, proviso tamen ne religiosi prædicti ad munus doceandi in scholis publicis evocati extra claustrum sui respective ordinis vel alterius, si proprii instituti non adsit commorentur, neve propter novum munus ab ipsis susceptum a debita erga superiores locales, vel provinciales obedientia, consuetisque (ac debitis regularis observantiæ exercitiis (nisi in aliquo eis expresse, et in scriptis juxta prudentiam tuam dispensaveris) subtrahantur.

Commissio porrecta favore nuntii apostolici.

§. 3. Quod si in aliquo conventu ac monasterio, scholas ipsas aperire contingeret, volumus, et expresse mandamus, ut diligenter præcaveas, quatenus scholæ a claustrum sint separate, vel si aliter fieri nequeat, saltem ita congrue constituentur, ut per transitum, et intromissionem scholarium intra septa quies, et observantia regularis turbari nulla ratione possint. His autem religiosi, qui prædicta munera suscipient districte etiam virtute sanctæ obedientiæ præcipias, ut scholares suos non modo in literis instruant, sed etiam pietatis, ac religionis principiis sedulo, et assidue imbuant, ita ut pluries in hebdomada christianæ chatecheseos ru-

Leges servandæ in casu novæ erectionis scholarum.

dimenta pro captu cujuscumque eis tradant sacrosanctæ Missæ sacrificio quotidie, si fieri potest, eos devote assistere faciant, ac festivis diebus eos in unum congregent, ut fusiori verbi Dei explicatione sacramentorum perceptione, devotarum precum, vel psalmodiæ, aut officii de Beata Virgine Maria recitatione, aliisque pietatis actibus, et incitamentis festivum diem, prout decet transigant, sicque in christiana pietate exercitiores, et instructiores evadant.

In casu meræ necessitatis indulgetur, ut religiosi regimini scholarum præferri possint.

§. 4. Si autem contigerit, ut ubi nullum religiosorum claustrum existit, aliaque schola constitueretur, ac necessaria alicujus religiosi viri opera videretur, licet summe evitandum sit, ne ullo unquam tempore, vel loco regulares a proprio claustrum evellantur, attamen succurrendo præsentibus regni, et populi istius necessitatibus, quoties nullus alius inveniri possit qui scholarum regimen assumere valeat, non renuimus, quin hujusmodi etiam scholis aliquem religiosum virum præfici permittas, dummodo raro, ac nonnisi in casu præcisæ necessitatis hac nostra facultate utaris, eamque ad tempus tibi benevisum concedas; renovandam deinde, si eadem necessitas duraverit, ac demum omnino provideas, ne religiosi prædicti alibi, quam in domo parochiali loci commorari, ac degere possint.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel particularibus ordinationibus nec non quorumcumque ordinum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentis, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima octava julii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCXXVII.

Indultum pro rege christianissimo nominandi ad ecclesias, et monasteria ducatus Britanniæ, et Provinciæ provinciæ.

Charissimo in Christo filio Nostro Ludovico francorum regi christianissimo

Clemens PP. XIV.

Charissime in Christo fili Noster salutem et apostolicam benedictionem.

§. 1. **C**um non nulli romani pontifices prædecessores Nostri aliquibus francorum regibus christianissimis, ob eorum preclara in apostolicam Sedem merita, jus nominandi personas idoneas ad cathedrales, et metropolitanas ecclesias, ac monasteria in ducatu Britanniæ, et Provincia provinciæ quorum ipsi reges domini in teneparalibus existebant, pro tempore vacantia, ad cujuslibet dictorum regum vitam tantum reservaverint, concesserint, et indulserint, prout in diversis eorundem prædecessorum, et nominatim felicitis recordationis Leonis X., Julii III., Pii IV., Sixti V., Clementis VIII., Pauli V., Urbani etiam VIII., et Clementis XI., novissime quidem die vii. februarii MDCCXXI. expeditis literis uberius continetur.

Memorantur privilegia tributa cæteris regibus christianissimis.

§. 2. Nos qui majestatem tuam propter ea quæ jam nunc eximia præfulgent indicia, pietatis, religionis, ac in Nos, et Sedem apostolicam observantiæ, aliarumque christianissimo rege dignarum virtutum specialibus favoribus, et gratiis libenter prosequimur, singularum literarum prædictarum tenores, et datas præsentibus pro expressis, et ad verbum insertis habentes, ac prædecessorum Nostrorum prædictorum vestigiis inhærentes, nominationesque personarum ad ecclesias, et monasteria hujusmodi per te a die obitus claræ memoriæ Ludovici XV., dum vixit, eorundem francorum regis christianissimi avi tui Nobis factas perinde, ac si licentia, et facultas nominandi ad easdem ecclesias, et monasteria tibi per Nos continuata fuisset, validas, et efficaces fuisse, esse, et fore decernentes, et declarantes motu proprio, ac ex certa scientia Nostri, deque apostolicæ potestatis plenitudine, majestati tuæ, quamdiu vitam in humanis duxeris, jus nominandi Nobis, et pro tempore existentibus romanis pontifici-

Prorogatio dictorum privilegiorum favore novissimi regis.

Dat. die  
20. juli  
1774.  
Anno VI.

bus successoribus Nostris personas probatas, boni nominis, et secundum sacrorum canonum dispositionem idoneas ad quascumque cathedrales, et metropolitanas ecclesias, et monasteria quorumcumque ordinum, de quibus consistorialiter disponi consuevit, in ducatu Britanniae, et Provincia provinciae praefatis consistentia, tam de praesenti vacantia, quam quotiescumque illa quibusvis modis, et ex quorumcumque personis, non tamen per obitum apud Sedem eandem, vacare contigerit, per Nos, et successores praedictos ad nominationem huiusmodi ecclesiis, et monasteriis praedictis praeficiendas tenore praesentium prout in literis eorundem praedecessorum Nostrorum, reservamus, concedimus, et assignamus.

Concessio ad vitam tribuitur cum suis declarationibus, et reservationibus.

§. 5. Decernentes pariter jus nominandi huiusmodi ad ecclesias, et monasteria praedicta tibi, quoad vixeris, competere debere, neque sub quacumque quantumvis speciali derogatione comprehendendi, vel et quovis modo, et ex quacumque causa derogari, et si derogari contingat, minime suffragari posse, et nihilominus quascumque ecclesiarum, et monasteriorum huiusmodi provisiones, commendas, et alias de eis dispositiones etiam cum juris nominandi huiusmodi derogatione, contra earundem praesentium tenorem etiam per Nos, et successores praedictos, ac Sedem eandem absque tuis nominationibus, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus quoquomodo pro tempore faciendas, ac desuper conficiendas literas, ac inde secuta quaecumque nulla, et invalida, nulliusque roboris, et momenti fore, et esse, teque ad docendum de literis praedictis seu illas ostendendo, et in eis contenta quaecumque justificando, minime teneri, sed eisdem praesentibus tantum uti posse, illisque tam in iudicio quam extra illud stari debere.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Sicque et non aliter per quoscumque iudices et commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus quibusvis generalibus, vel specialibus ecclesiarum, et monasteriorum praedictorum reserva-

tionibus, seu affectionibus apostolicis per quoscumque romanos pontifices praedecessores Nostros, ac Nos, et Sedem eandem quomodolibet factis, seu pro tempore faciendis, nec non cancellariae apostolicae regulis editis, et edendis, ac quibusvis aliis apostolicis, nec non in provincialibus, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ac ecclesiarum, et monasteriorum, illorumque ordinum, nec non ducatus, et provinciae praedictorum etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis etiam quasvis clausulas, et reservationes in se continentibus per eosdem praedecessores, ac Nos, et Sedem eandem ecclesiis, et monasteriis, illorumque capitulis, conventibus, et ordinibus, ac ducatu, et provinciae praedictis, eorumque communitatibus, universitatibus, et personis quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes expressio ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat ad praemissorum effectum harum serie specialiter, et expresse motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus derogamus, et ad plenum derogatum esse volumus, caeterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem quod infra sex menses proximos quoad ecclesias quidem, et monasteria huiusmodi, quae ad praesens vacare reperiuntur, quo vero ad illa, quae in posterum vacare contingat, a die vacationis ipsarum ecclesiarum, et monasteriorum respective computandos personas idoneas Nobis, et pro tempore existenti romano Pontifici pro collatione, provisione, seu commenda obtinenda nominare omnino tenearis, et ad monasteria huiusmodi in titulum concedi solita, clerici saeculares, vel alterius, quam monasterii ad quod eos per te nominare contigerit ordinis regulares nominandi habitum per fratres, seu monachos illius monasterii gestari solitum suscipere, et professionem per eosdem fratres, seu monachos emitti consuetam expresse

Imponitur lex nominandi successorem infra sex menses a die vacationis.



emittere teneantur, alioquin, dictis sex mensibus elapsis, de ecclesiis, seu monasteriis, ut præferatur, vacantibus per Nos, seu pro tempore existentem romanum Pontificem libere disponi possit. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima julii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCXXVIII.

Concessio juris nominandi ad dignitates abbatiales, et regimina monasteriorum in comitatu Burgundiæ pro rege christianissimo.

Carissimo in Christo filio Nostro Ludovico Francorum regi christianissimo.

Clemens PP. XIV.

Carissime in Christo fili Noster salutem et apostolicam benedictionem.

**§. 1.** Præclara quæ in majestate tua etiam nunc benedicente Domino, effulgent indicia eximie pietatis erga Deum, ac filialis erga Nos, et hanc sanctam Sedem observantiæ, uua cum orthodoxæ fidei conservandæ, et propagandæ zelo conjuncta, aliarumque rege christianissimo dignarum virtutum, et decorum egregia jam prædita argumenta, promerentur; nec non præcipuus, quo eandem majestatem tuam prosequimur paternæ charitatis affectus Nos urget, atque impellit, ut tibi luculenta pontificiæ Nostræ benignitatis dona largiamur, firma spe, atque fiducia in Domino freti, fore ut gloriosis progenitorum et majorum tuorum regum christianissimorum principum longe clarissimorum, invictissimorumque Christi athletarum, et egregiorum Sedis apostolicæ cultorum vestigiis inhærens populos ditioni tuæ creditos in fide catholica, ac veteri erga Sedem prædictam obedientia continere pari laude conaturus, constitutionesque apostolicas in universis dominiis tuis debitæ semper executioni mandari, ac Sedis ejusdem honorem et auctoritatem illibatas conservari omni studio sis curaturus.

**§. 2.** Dudum siquidem felicitis recordationis Clemens pp. IX. prædecessor Noster claræ memoriæ Ludovico XIV dum vixit, francorum regi chri-

stianissimo, sua tantum vita durante, et quando in sinceritate fidei, ut unitate S. R. E. nec non obedientia, et devotione ipsius Clementis prædecessoris, ejusque successorum romanorum pontificum caonice intrantium perstitisset, jus, et facultatem nominandi ipsi Clementi prædecessori, et romano pontifici pro tempore existenti, tam ad dignitates abbatiales, aut quorumcumque monasteriorum regimina, etiam per priores, aut præpositos regi, et gubernari solitorum, quam etiam ad quoscumque prioratus, præposituras, aut præpositatus conventum habentes intra urbes Atrebatum, Hesdinum, Bapalmiam, Bethuniam, Lilesium, Lenticum, comitatum sancti Pauli, Teruanam, Passium, carumque balliviatus, et castellanias agri Atrebarensis, nec non Rentiacum, urbes itidem, arcesque Gravelingam, arcem Philippeam, Slusam, Hannuinum, Barburgum, et urbem sancti Venantii in Flandria, Landreceium, et Quercetum in Hannonia, Avennium quoque Marieburgum, et Philippopolim insuper in agro Luxemburgiensi, Theodonis villam, Malmadium, Damvillerium, Urbem Suedium, ejusque præposituram, castrum Chavanciacum, ejusque præposituram, et Mariullam earum balliviatus, castellanias, præfecturas, præposituras, territoria, dominia, ditiones, accessiones, appendices, et adjuncta a dicto Ludovico rege tunc, et per totum annum MDCLXVI possessa dumtaxat consistentes, et consistentia, dummodo intra septa illarum existerent, etiamsi sub temporali dominio aliorum procerum consisterent, vel temporalem jurisdictionem haberent, ac etiamsi prioratus, præposituræ, aut præpositatus, et non monasteria nuncuparentur pro tempore vacantes, seu vacantia per eundem Clementem prædecessorem, ejusque successores romanos pontifices ad nominationem dicti Ludovici regis intra decem menses a die cuius libet vacationis faciendam, ac ipsi Clementi prædecessori et romano pontifici pro tempore existenti præsentandam conferendos, et conferenda auctoritate apostolica de specialis dono gratiæ concessit, et indulgit; itaut de dignitatibus abbatialibus, aut quibuscumque monasteriis, prioratibus, præposituris, et præpositatibus prædictis pro tempore vacantibus absque ejusdem Ludovici regis nominatione præfata, de aliis vero sub nominatione hujusmodi non comprehensis, et absque illa libere conferendis, dignitatibus videlicet se-

Dat. die  
20. julii  
1774  
Anno VI.

Proemium.

Tenor concessionis factæ a Clemente IX. ad vitam Ludovici regis XIV

cularibus principalibus, et regularibus actu non conventualibus intra prædictos districtus consistentibus nonnisi de locis præfato Ludovico regi subjectis, aut sibi gratis, et acceptis personis per ipsum Clementem prædecessorem, ejusque successores romanos pontifices, et Sedem eandem pro tempore disponi, et respective provideri minime posset, et alias prout in prædictis Clementis prædecessoris literis desuper in simili forma Brevis die ix. aprilis MDCLXVIII expeditis uberius continetur, et postmodum accepto per eundem Clementem prædecessorem, quod claræ etiam memoriæ Carolus, dum viveret, Hispaniarum rex catholicus nonnullas alias civitates, oppida, arces, regiones, districtus, et loca in Belgicis ditionibus consistentia eidem Ludovico regi per tractatum pacis inter utriusque regis plenipotentiariorum in oppido Aquisgrani Leodiensis diæcesis diè xi maij dicti anni MDCLXVIII initum, et subinde utrinque ratificatum in perpetuum cesserat, et renunciaverat.

Concessio extenditur etiam ad civitates, oppida, arces, et loca comprehensa in tractatu inito cum Hispaniarum rege catholico.

§. 3. Ipse Clemens prædecessor prædicto Ludovico regi, sua tantum vita durante, concessionem juris, et facultatis nominandi hujusmodi illi factam, ut præfertur, ad similes dignitates abbatiales, ac regimina monasteriorum, prioratus, præposituras aut præpositatus conventum habentes in civitatibus, oppidis, arcibus, regionibus, districtibus, et locis eidem Ludovico regi a prædicto Carolo rege per supradictum tractatum pacis cassis, et renunciatis, et quæ dictus Ludovicus rex tunc possidebat, et in futurum vigore tractatus pacis hujusmodi in Belgio pacifice possideret dumtaxat consistentes, et consistentia eadem auctoritate sub cæteris modo, et forma tunc expressis extendit, et ampliavit, prout in aliis ipsius Clementis prædecessoris pariter in forma Brevis die xxvii. augusti ejusdem anni MDCLXVIII emanatis literis plenius quoque continetur.

Innocentius XI. concessionem ampliavit etiam pro comitatu Burgundia, et civitate Bisuntina.

§. 4. Deinde per recordatæ memoriæ Innocentium pp. XI prædecessorem Nostrum etiam accepto, quod memoratus Carolus rex comitatum Burgundia, urbes, loca, et regiones ab illo dependentes, comprehensa civitate Bisuntina, ejusque districtu, nec non nonnullas alias civitates, oppida, arces, regiones, districtus, et loca in Belgicis ditionibus prædictis consistentia dicto Ludovico regi per alium tractatum pacis inter utriusque regis plenipotentiariorum die xvii septembris MDCLXXVIII

Noviomagi initum, et subinde utrinque ratificatum in perpetuum cesserat similiter, et renunciaverat. Idem Innocentius prædecessor prædicto Ludovico regi sua tantum vita durante, concessionem juris, et facultatis nominandi illi a memorato Clemente prædecessore per binas suas literas prædictas factam, et ampliata[m] respective, ut præfertur, ad similes dignitates abbatiales, ac regimina monasteriorum, prioratus, præposituras, aut præpositatus conventum habentes in predictis comitatu Burgundia, urbibus, locis, et regionibus ab illo dependentibus, comprehensa civitate Bisuntina, ejusque districtu, nec non aliis civitatibus, oppidis, arcibus, regionibus, districtibus, et locis in Belgicis ditionibus hujusmodi consistentibus prædicto Ludovico regi a præfato Carolo rege per supradictum tractatum pacis Noviomagi initum cassis, et renunciatis, quæ dictus Ludovicus rex tunc possidebat, et in futurum vigore tractatus pacis hujusmodi pacifice possideret dumtaxat consistentes, et consistentia auctoritate prædicta sub certis iidem modo, et forma tunc expressis extendit similiter, et ampliavit, et alias prout in ipsius Innocentii prædecessoris literis in pari forma Brevis die xx maij MDCLXXXVI uberius pariter continetur.

§. 5. Successive felicis recordationis Innocentius pp. XIII prædecessor quoque noster claræ memoriæ Ludovico XV eorumdem francorum regi christianissimo ejus meritum intuitu, jus, et facultatem nominandi sibi, et romano pontifici pro tempore existenti tam ad dignitates abbatiales, aut quorumcumque monasteriorum regimina, etiam per priores, aut rectores regi, et gubernari solitorum, quam etiam ad quoscumque prioratus, præposituras, aut præpositatus conventum habentes intra urbes, et in civitatibus, oppidis, arcibus, regionibus, districtibus, et locis in binis memoratis literis ipsius Clementis prædecessoris ac in aliis pariter prædicti Innocentii XI supra dictis literis contentis sub certis iidem modo, et forma tunc expressis, et durante tantum ipsius Ludovici XV regis vita concessit, et indulxit, et alias prout in ejusdem Innocentii prædecessoris literis in pari forma Brevis die xxix augusti MDCCXXII desuper editis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus fuisius continetur.

Idem privilegium extendit Innocentius XIII. favore Ludovici XV. ejus vita durante.

Prorogatio gra-  
tie ad vitam  
novissimi re-  
gis, cum eum-  
meratione om-  
nium locorum.  
in quibus exer-  
ceri valeat jus  
præsentandi.

§. 7. Nunc vero Nos majestatem tuam quo regiam benevolentiam erga personis benemeritas, tibi que gratas, et acceptas exercere valeas præmissorum meritorum tuorum intuitu specialis favore gratiæ prosequi volentes, ac sperantes te in nominandis ad infrascripta beneficia personis, quæ vitæ integritate, religione, fide, et doctrina præsent summum studium, summamque diligentiam semper adhibiturum, nec conscientiam tuam hac in re ullo modo lædi passurum esse, tuis hac in parte supplicationibus inclinati, tibi, tua tantum vita durante, et quamdiu in sinceritate fidei, et unitate S. R. E. nec non obedientia, et devotione Nostri, et successorum Nostrorum Romanorum pontificum canonicè intrantium perstiteris jus, et facultatem nominandi Nobis, et romano pontifici pro tempore existenti tam ad dignitates abbatiales, aut quorumcumque monasteriorum regimina, etiam per priores, aut præpositos regi, et gubernari solitorum, quam etiam ad quoscumque prioratus, præposituras, aut præpositatus conventum habentes intra urbes Atrebatum, Hesdinum, Bapalatum, Bethuniam, Lillesium, Lenticum, comitatum sancti Pauli, Teruanam, Passium, earumque baliviatus, aliosque quoque baliviatus, et castellanias agri Atrebatensis, nec non Renticum, urbes itidem, arcesque Gravelingam, arcem Philippeam, Slusam, Hannuinium, Burburgum, et urbem sancti Veantii in Flandria, Laudreceium, et Quercetum in Hannonia, Averniam quoque, Marieburgum, et Philippopolim; insuper in agro Luxemburgico Theodonis villam, Malmedium, Damville-rium, urbem Juodium, ejusque præposituram, castrum Chavanciacum, ejusque præposituram, et Marvillam, earum baliviatus, castellanias, præfecturas, præposituras, territoria, dominia, ditiones, accessiones, appendices, et adjuncta, nec non in civitatibus, oppidis, arcibus, regionibus, districtibus, et locis, tum in Belgicis ditionibus, tum in comitatu Burgundiæ præfatis urbibus, locis, et regionibus ab illo dependentibus, comprehensa civitate Bisuntina, ejusque districtu consistentibus, ac supradicto Ludovico XIV regi per memoratos tractatus pacis Aquisgranani, et Noviomagi initos, sicut præmittitur censis, et renunciatis, quæ tu de præsentem possides dumtaxat consistentes, et consistentia pro tempore vacantes, seu vacantia per Nos et romanos pontifices successores Nostros, ad

*Bull. Rom. Tom. IV.*

nominacionem tuam intra decem menses a die cujuslibet vacationis faciendam, ac Nobis, et romano pontifici pro tempore existenti præsentandam conferendos, et conferenda, servata in omnibus, et per omnia binarum Clementis, et aliarum utriusque Innocentii prædecessorum literarum prædictarum forma, et dispositione, ac cum omnibus clausulis, decretis, declarationibus, et indultis in eisdem literis quomodolibet contentis, et expressis auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus similiter, et indulgemus.

§. 8. Non obstantibus quibuscumque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac singulorum monasteriorum, prioratum, præpositurarum et præpositatum prædictorum, et ordinum quorum illa sunt, seu a quibus dependent etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis, in genere, vel in specie, ac alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua mentio, et quævis alia expressio habenda foret, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hæc vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub anno piscatoris die vicesima julii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto pontificatus Nostri anno sexto.

CCCXXIX.

Confirmatio constitutionum pro domo sanctæ Annæ Parisiensis diocesis congregationis clericorum Theatinorum.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **C**ommissi Nobis divinitus pastoralis officii sollicitudo exigit, ac postulat, ut ea, quæ pro felici, prosperoque regimine, et gubernio perso-

Derogatur  
omnibus in con-  
trarium facien-  
tibus.

Dat. die  
25. julii  
1774.  
Anno VI.

Proemium.

L z z z

narum sub suavi religionis jugo Altissimo famulantium prudenter, ac salubriter constituta esse noscuntur, cum id a Nobis petitur, apostolicæ firmitatis munime roboremus.

Expositio pre-  
eum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Antonius Monforte procurator generalis congregationis clericorum regularium Theatinorum nuncupatorum, quod alias, nempe die sexta octobris 1772. clerici regulares dictæ congregationis, et domus sanctæ Annæ la Reale vulgo nuncupatæ capitulariter congregati elegerunt, et deputarunt aliquos ex eis, a quibus denuo conficiendæ essent novæ constitutiones, quarum ope eadem domus in posterum regi, ac gubernari deberet. Inter cætera vero in eisdem novis constitutionibus præscripta in articulo quarto capit. II. parte II. facultas tribuitur præposito generali, et consultoribus ejusdem congregationis prorogandi superiorem dictæ domus in sui muneris exercitio usque ad sexennium, ac alias prout in eodem articulo, cujus tenor est, qui sequitur nempe.

Art. IV. part. II. cap. II.

Tenor articuli  
editi super pro-  
rogatione mu-  
neris præpositi  
generalis, et  
consultorum  
ad sexennium.

§. 3. A defnitoribus in capitulo generali creatis, præpositus per secreta suffragia eligatur ad annum: reficiatur autem quotannis, si rev. patri generali, et consultoribus visum fuerit usque ad annum sextum.

Ho ricevuto l'originale delle costituzioni approvate dall' ultimo capitolo generale, dalle quali è stata estratta tanto la presente particola, quanto ancora il decreto d'approvazione. Questo di 23 luglio 1774.

D. Antonius Monforte prep. gñlis etc.

Postmodum assumpto examine earumdem novarum constitutionum in capitulo generali prædictæ congregationis celebrato die 21 aprilis currentis anni in domo sancti Silvestri hujus nostræ almæ urbis, eæ ab omnibus vocalibus ibidem congregatis decreto ædito die quarta maii proxime præteriti confirmatæ, et approbatæ fuerunt, cujus quidem decreti tenor est qui sequitur, nempe = Decretum capituli generalis anni 1774.

Approbatio  
ejusdem articuli  
decreta in  
congregatione  
generali, in  
qua etiam pro-  
batæ fuerunt  
novæ constitu-  
tiones.

§. 4. Nobis in generali capitulo congregatis exhibitus fuit codex constitutionum de novo redactus, quo in posterum domus nostra sanctæ Annæ Regiæ Parisiensis regi debeat, et administrari; nobisque fuit propositum, ut perpensis primum novæ hujus redactionis utilitate, ac necessitate, ac insuper diligentissime examinatis iisdem constitutionibus, nec non observationibus

omnibus a nostris patribus Parisiensibus huc transmissis, præfatæ constitutiones ad usum domus nostræ Parisiensis de novo redactæ approbentur, et confirmentur a præsentis capitulo generali, cui per summorum pontificum privilegia competit auctoritas novas condendi leges, et veteres abrogandi.

Nos igitur antiquius nihil habentes quam ut prædictæ domus nostræ utilitati, et incremento consulamus, die vicesima secunda aprilis in sessione 2. nostrorum generalium comitiarum elegimus, ac deputavimus revmum p. d. Antonium Franciscum Vezzosi ex-generalem, r. p. d. Franciscum Vanni ex-consultorem, r. p. d. Antonium Monforte ex-consultorem, et r. p. d. Cajetanum Crodara Visconti ex-præpositum domus nostræ Mantnensis viros eruditione, zelo, prudentia, et primariis in congregatione muneribus claros, qui prædictas constitutiones de novo redactas examinarent, cum prioribus nostris constitutionibus conferrent, observationes quascumque ea de re datas perpenderent, suamque de omnibus coram congregato nostro generali capitulo relationem, ac sententiam proferrent.

Electi vero, ac deputati a nobis prædicti hujusmodi patres coram congregato capitulo retulerunt, et affirmarunt, se lectis, et mature ponderatis omnibus in nova nostrarum constitutionum collectione suo examini subjecta, nihil invenisse, quod capituli generalis approbationi abesse possit, intactam, illibatamque in ea servari illam, quæ in universa congregatione nostra tenetur tum clericalis, tum regularis instituti rationem editas anno 1604 nostras constitutiones, decretaque subsequenter capitulis generalibus condita, in eadem non sine majori rerum perspicuitate textum in unum coalescere nonnulla a supradictis statutis temporum, ac locorum diversitate minus accomodata resecata fuisse, omnia quædam, necessaria suppleta fuisse, plura, quæ videbantur obscura luci fuisse reddita, ac tandem additionum omnium, aut mutationum, si quæ factæ fuerint, in iis præsertim, quæ ad domus nostræ Parisiensis administrationem spirituales, et maxime temporalem pertinent, non alium esse finem, quam ut legum primitus conditarum executioni tutius consulatur, et ut prædicta domus nostra Parisiensis, quæ in Galliæ regno unica est ex unitate sua nihil detrimenti capere possit, nec quid in suo regimine a legibus dissonum habeat.

Audita hac prædictorum rr. pp. relatione, rebus omnibus diligentissime consideratis, constitutiones clericorum regularium ad usum domus nostræ sanctæ Annæ Regiæ Parisiensis redactas approbamus, nostraque auctoritate confirmamus, ac ut illæ firmiter subsistant a rñno congregationis nostræ præposito generali totius capituli generalis nomine humillime suæ Sanctitati supplicabitur, ut prædictas constitutiones Sedis apostolicæ auctoritate roborare dignetur.

Præceptum de subjiciendo regulas confirmationi apostolicæ.

§. 5. Omnes, et singulos prædictæ domus nostræ Parisiensis clericos regulares obsecramus in Domino, imò illis etiam stricte præcipimus, ut quo primum dictæ constitutiones nostræ ad usum domus ejusdem redactæ a præsentis capitulo generali approbatæ pontificia auctoritate, omnibus juris formalitatibus firmatæ ad illos pervenerint, iis tam in communi vitæ consuetudine, quam in negotiis, sive ad congregationem universam, sive ad singularem eandem domum, pertinentibus fideliter obsequantur.

Declaratur irritum quicquid veteribus observetur constitutionibus.

§. 6. Quidquid vel in prioribus constitutionibus, vel in decretis præcedentium capitulorum generalium hisce nostris constitutionibus de novo redactis contrarium invenitur, id pro nullo, et abrogato ab iisdem clericis regularibus Parisiensibus haberi volumus. Ut autem animorum consulamus tranquillitati declaramus nullas constitutiones, aut decreta nostra obligare nos ad culpam, sed ad poenam tantum, nisi propter præceptum, aut regulæ, et auctoritatis jubentis contemptum: præceptum vero apud nos nullum aliud haberi, quam quod aut naturali, aut divina, aut ecclesiastica lege, aut triumvorum ratione, aut speciali superioris mandato præcipitur. Datum in nostro generali capitulo in ædibus sancti Silvestri Romæ habito anno 1774 die 4 maii sub signo, et sigillo rñni p. generalis.

D. Antonius Franciscus Vezosi præp. generalis cler. reg.

P. D. Scipio Turboli cl. reg. ejusdem cap. generalis secretarius.

Loco † Signi.

Confirmatio apostolica.

§. 7. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo firmiter novæ constitutiones prædictæ, et decretum capituli generalis hujusmodi subsistant, et serventur exactius, apostolicæ Nostræ confirmationis patrocinio communiri dictus Antonius plurimum desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit,

*Bull. Rom. Tom. IV.*

ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes; hujusmodi supplicationibus inclinati novas constitutiones prædictas, et facultatem prorogandi ad sexennium superiorem præfatæ domus sanctæ Annæ, aliaque omnia, et singula in eisdem novis constitutionibus præscripta, et in dicto decreto capituli generalis hujusmodi contenta, et expressa auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque perpetuæ, ac inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus.

§. 8. Decernentes ipsas præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausulæ salutaris, et irritantes.

§. 9. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ congregationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac ius solitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima tertia julii mil-

Derogatio contrarium.



lesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCXXX.

Dat. die  
1 augusti  
1774.  
Anno VI.

Mensæ episcopali Bugellensi unitur, et incorporatur prioratus simplex sanctorum Petri, et Pauli loci de Castelletto diœcesis Vercellensis.

Clemens episcopus  
servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Memoratur ere-  
ctio episcopa-  
tus Bugellen-  
sis.

§. 1. **E**x injuncto Nobis cœlitus apostolicæ sollicitudinis munere in id propensius incumbimus, et supremæ Nostræ auctoritatis vim libenter adhibemus, utque ad omnipotentis Dei gloriam, Ecclesiæ catholicæ decus, spirituales Christifidelium ædificationem, animarumque salutem jam pridem in episcopalium sedium institutione decernere in Domino censuimus, eadem pro temporum opportunitate uberius compleantur, securiusque firmentur. Cum Nos alias post maturum totius negotii examen certis, urgentibusque causis adducti, prævia oppidi Bugellæ antea civitatis nuncupatæ cum nonnullis locis in illius provincia comprehensis a diœcesi Vercellensi segregatione, idem Bugellæ oppidum in civitatem episcopalem Bugellensem nuncupandam, atque in eo ecclesiam sanctæ Mariæ Majoris nuncupatæ in cathedralem sub invocatione sancti Stephani prothomartyris et ejusdem sanctæ Mariæ Majoris, nec non sedem episcopalem ereximus, ne ob dotis defectum novi episcopatus erectio protraheretur tunc, et donec congruæ mensæ episcopali Bugellensi consuli posset præter cæteras usam temporariam assignationem a dilectis filiis communitatibus, et populis totius provinciæ Bugellæ in annua summa mille librarum monetæ illarum partium, ad quam illi de consensu tunc in humanis agentis Karoli Emmanuelis, dum viveret, Sardinæ regis illustris ultro se obstrinxerant, & binas alias ex redditibus ecclesiarum de Gralia, et de Oro-pa in summa trium millium librarum similium, mille videlicet, et quingentas ex unoquoque persolvendas præscripsimus, et attribuimus prout in Nostriis literis sub datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Do-

minicæ millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio plenius continetur.

§. 2. Quia vero post dictarum literarum executionem venerabilis frater Noster Julius Cæsar Viancini novus episcopus Bugellensis, quem ad eam ecclesiam, prævia dissolutione a vinculo archiepiscopalis ecclesiæ Turritanæ, cui alias præerat, retenta archiepiscopii denominatione transtulimus, pastoralis sua vigilantia diœcesim sibi nuper mandatam perlustrans serio perspexit locorum nimis fore incommodum, atque grave, dum annonæ caritate, aliisque publicis premuntur calamitatibus, quodlibet novum subire onus, ideo ad carissimum in Christo filium Nostrum Victorium Amadeum Sardinæ regem illustrem animi sui sensus detulit, ut communitates, et populi Bugellensis provinciæ ab imposita præstatione levarentur. Nomine propterea dicti Victorii Amadei regis per dilectum filium nobilem virum Joannem Baptistam Balbis, Simeonem comitem de Rivera magnæ crucis equitem, et perpetuum commendatarium incliti ordinis sanctorum Mauritii, et Lazari ejus ministrum status, et apud Nos ministrum plenipotentiarium Nobis fuit supplicatum, ut communitates, et populos dictorum locorum a quavis præstatione, prioratum simplex sanctorum Petri, et Pauli de Castelletto nuncupatum Vercellensis diœcesis, modo illius commenda per obitum bo. me. Karoli Alberti Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Guidoboni Cavalchini apud Sedem apostolicam defuncti cessante vacantem eidem mensæ episcopali Bugellensi perpetuo addiceremus.

§. 3. Nos igitur votis dicti Victorii Amadei regis, qui paternas virtutes, regique animi dotes hæreditario, veluti jure sibi delatas, pari religione, et pietate, ac filiali erga Nos, et Sedem apostolicam obedientia profiteatur, et colit, obsecundare studentes, atque, ut subditis sibi a Deo traditis temporale aliquod etiam levamen afferamus, prioratum simplicem prædictum sub enunciata invocatione sanctorum Petri et Pauli in dicto loco de Castelletto Vercellensis diœcesis, cujus, et illi annexorum fructus, redditus, et proventus CCLVIII. duc. auri de camera, secundum communem estimationem valorem annum, ut accepimus, non excedunt, sive alio quovis modo, aut ex alterius cujuscunque persona, seu per liberam dicti Ka-

Exponitur ratio decernendæ nunciis.

Gratia conceditur ad imperationem regis Sardinæ.

roli Alberti cardinalis resignationem, vel alias quovis modo vacet, etiamsi illius collatio devoluta, affecta specialiter, vel alias ex quavis causa necessario exprimenda Nostræ, et Sedis apostolicæ liberæ dispositioni generaliter reservata sit, illiusque titulum collativum, itaut prioratus hujusmodi collativus esse desinat, nec in titulum, vel commendam amplius impetrari, aut alias de illo quomodolibet disponi queat, et si in titulum, commendam, aut alias de illo disponi contigerit, collationes commendæ, et quavis aliæ dispositiones nullæ, et invalidæ, nulliusque roboris, vel momenti existant, nec coloratum titulum possidendi cuiquam tribuant, apostolica auctoritate, ipsarum tenore præsentium perpetuo suppressimus, et extinguimus.

Incorporatio  
honorum prioratus mensæ episcopali.

§. 4. Eoque suppresso, et extincto omnia, et singula dicti prioratus bona immobilia, et mobilia, ac semoventia tam sacra, quam profana, ita quod dicto Julio Cæsari episcopo archiepiscopo denominato liceat eorum omnium veram, realem, et actualem possessionem per se, vel alium, seu alios, ejus, ac dictæ mensæ episcopalis Bugellensis nomine propria auctoritate, absque ulla diocessani loci licentia apprehendere, et apprehensam perpetuo retinere, annuosque illorum redditus loco assignationis dictis communitatibus, ut præfertur, præscriptæ, ac sub infrascripta etiam limitatione, supportatisque omnibus dicti prioratus, ut præfertur, suppressi annuis oneribus, percipere, et exigere, ac levare, ipsique mensæ episcopali Bugellensi etiam perpetuo ipsarum præsentium vi appropriamus, et applicamus, ac respective dictas communitates, et populos ab imposita annua præstatione mille librarum, ac si illa nunquam præscripta fuisset, omnino extinguimus, et liberamus.

Consultur assignationibus debitis ecclesiis de Galia, et de Oropa nuncupatis.

§. 5. Quia vero ex dicti prioratus, ut præfertur, suppressi bonis annui redditus obventuri erunt, qui deletam modo communitatum, et populorum præstationem excedentem, ideo ad levandum quoque onus utriusque ecclesiæ de Galia, et de Oropa infixum, ipsi Julio Cæsari episcopo archiepiscopo denominato, ejusque successoribus injungimus, quin imo expresse præcipimus, ut ipsi deinceps, quod ex redditibus eorundem bonorum ultra dictas mille libras supererit id totum in diminutionem convertant aliarum assignationum, primo videlicet de Galia, et si quid adhuc supererit de Oropa ecclesiis, ut præfertur, præscriptarum,

ita ut illæ pariter hujus applicationis beneficio aliqua in parte ab imposito onere eximantur.

§. 6. Ne autem ob adeptionem possessionis, et applicationem ecclesiæ, et bonorum dicti suppressi prioratus, quæ in diocesis Vercellensis ambitu sita sunt, vel minima suboriantur quæstionis causa, ad publicæ quieti consulendum expresse declaramus, nullam propterea jurisdictionem ecclesiasticam in ecclesia dicti prioratus, ejusque bonis pro tempore existenti episcopo Bugellensi impertitam, vel concessam censerì posse, sed ecclesiam suppressi prioratus, et bona hujusmodi ordinariæ pro tempore existentis Vercellensis episcopi jurisdictioni, et visitationi plenarie subesse. Et quatenus eidem suppresso prioratui, illumque pro tempore obtinenti, et illius ecclesiæ, et bonis aliquod hactenus privilegium, aut aliqua jurisdictio competitisset, vel competere in futurum compertum foret, privilegium, ac jurisdictionem hujusmodi penitus, et omnino tollimus, et abolemus.

Servatur ordinaria jurisdictio episcopi Vercellensis circa bona, et ecclesiam suppressi prioratus.

§. 7. Præsentibus autem literas, et in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, vel habere quomodolibet prætendentes ad id vocati, citati, vel auditi non fuerint, aut ex alia quavis causa de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, seu in jus vel controversiam evocari, aut adversus illas quodcumque juris, vel facti, aut alterius gratiæ remedium impetrare minime posse, nec illas sub quibusvis derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, si quæ fierent, comprehendi, sed tamquam ad congruam mensæ episcopalis dotationem editas, & emanatas semper ab illis excipi, validasque, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et abtinere, sicque ab omnibus censerì.

Clausula sublata, et decreta executione.

§. 8. Ita quoque per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos quavis auctoritate fungentes etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vice-legatos, dictæque Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuiuslibet aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et defini debere; et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

Clausula sublata, et decreta irritans.

Derogatio con-  
tinatorum.

§. 9. Non obstantibus de exprimen- do vero annuo beneficiorum eccle- siasticorum valore in unionibus sic committendis ad partes, vocatis quo- rum interest, et quatenus opus sit de jure quæsito non tollendo, Nostræ, et cancellariæ apostolicæ regulis, ac qui- busvis in synodalibus, provincialibus, generalibusque conciliis editis, vel eden- dis specialibus, vel generalibus con- stitutionibus, et ordinationibus aposto- licis, nec non Lateranensis concilii ul- timo loco celebrati uniones perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis; privilegiis quoque indul- tis, et literis apostolicis quibusvis su- perioribus, et personis, ac etiam Ver- cellensi ecclesiæ, dictoque prioratui sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis derogatoriis deroga- toriis, aliisque efficacioribus, efficacis- simis, et insolitis clausulis, irritanti- busque, et aliis decretis etiam motu proprio, et potestatis plenitudine a præ- decessoribus Nostris romanis pontifici- bus concessis, confirmatis, et inno- vatis; nec non etiam quatenus opus sit, quibuscumque piorum testatorum voluntatibus, et dispositionibus. Qui- bus omnibus, et singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, spe- cifica, expressa, et individua, ac de ver- bo ad verbum, non autem per clau- sulas generales idem importantes men- tio facienda, aut quævis alia exquisi- ta forma ad hoc servanda foret, teno- res hujusmodi, ac si de verbo ad ver- bum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, inserti forent, eisdem præsentibus pro plene, et suf- ficienter expressis, ac de verbo ad ver- bum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum omnium effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse harum quoque serie derogamus, aliisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda  
transumptis.

§. 10. Volumus autem, quod ea- rumdem præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus notarii pu- blici subscriptis, et sigillo alicujus per- sonæ in ecclesiastica dignitate consti- tutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio poena-  
lis.

§. 11. Nulli ergo omnino homi- num liceat, hanc paginam Nostrarum suppressionis, extinctionis, applicatio- nis, approbationis, exemptionis, libe- rationis, declarationis, decreti, deroga- tionis, et voluntatis infringere, vel ei

ausu temerario contraire: si quis au- tem hoc attentare præsumpserit, indi- gnationem omnipotentis Dei, ac beato- rum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo se- ptingentesimo septuagesimo quarto, ka- lendis augusti, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCXXXI.

Confirmatio concessionis quatuor un- ciarum aquæ factæ a Clara Fadulfi fratribus ordinis minorum s. Franci- sci Conventualium conventus civita- tis Interamnensis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fece- runt dilecti filii fratres conventus or- dinis minorum sancti Francisci Conventualium nuncupatorum civitatis Nostræ Interamnensis, quod licet in territorio ejusdem civitatis maxima sit aquarum copia, municipalesque leges præscri- bant, ut cuique libera indistincte sit facultas utendi aqua pro irrigatione vi- ridariorum, aliarumque terrarum, ni- hilominus in horto adjuncto conventui eorundem exponentium perennis aquæ commoditas deficiebat; hincque non le- vis reddebatur annua impensa pro e- mendis herbis quotidiano usui fratrum dicti conventus necessariis. Hæc au- tem deficientia tribuenda potissimum erat altitudini loci, in quo hortus hu- jusmodi situs reperitur, quandoquidem ille in quantitate viginti palmorum ro- manorum circiter supereminet profuen- tem aquam del Raggio novo vulgo nun- cupatam anno 1546 congestam a qui- busdam peculiaribus civibus ad usum nonnullorum aedificiorum, seu molen- dinorum, ubi oleæ, et frumenta con- teruntur, ex qua sane aqua juxta mu- nicipalium legum prædictarum dispo- sitionem irrigantur omnes circummexi- stentes terræ, quæ in loco ad eandem aquam excipiendam apto sitæ reperiun- tur. Ita quippe in præteritum evenit, et nunc quoque accidit in bonis præ- sertim mensæ episcopalis Interam- nensis, ac parochialis ecclesiæ, monas- terii sanctæ Cathariæ, et in viridario monialium sancti Proculi, nec non in

Dat. die  
6. augusti  
1774.  
Anno VI.

Status conven-  
tus, ante con-  
cessionem, su-  
per deficientia  
aquæ.

terris ad dilectum itidem filium Joannem Jacobum Nicoletti pertinentibus, atque generaliter in omnibus aliis, sine ulla penitus contradictione. Quamvis itaque profluens hæc aqua percurrat extra mœnia dictæ civitatis, quæ contermina sunt horto ipsorum exponentium in parte respiciente eorum conventum, et fodiens cavum ingentis turris torrione vulgo nuncupatæ conjunctæ eisdem mœniis, quæ contigua sunt horto prædicto, ad eundem hortum pertranseat; nihilominus cum ad hauriendam ibidem aquam hujusmodi non levis labor requireretur, quippe quia vel scalam descendere, vel ope funis eandem aquam extrahere oportebat; hinc dicti exponentes, qui hoc sane modo, nec satis consilium esse necessitatibus eorum horti probe noverant, ut labor, et incommodum hujusmodi averterentur, opportunius remedium alibi adinvenire curarunt.

Concessio facta favore monasterii a comitissa Fadulfi.

§. 2. Qua de re ex alio loco Campo Reale vulgo nuncupato parum disito ab horto dicti conventus, per quem locum eadem aqua profluens in superiori parte ope quatuor manufactorum, ac firmorum canalium ad suos respective dominos pertinentium excurrit ad usum quatuor respective aedificiorum, seu molendinorum, quorum duo pro conterendis oleis, duo vero ad conterenda frumenta destinata sunt, aliquam portionem dictæ aquæ in pari altitudine cum eorum horto ibidem existentis ipsi assequi studuerunt; hincque exponentes præfati postularunt a dilecta in Christo filia comitissa Clara Fabrizi Fadulfi, nunc domina unius ex molendinis prædictis olearum, facultatem derivandi a canali ejusem sui molendini quatuor uncias aquæ, quæ ope firmorum tuborum ad hortum dicti conventus essent transferendæ. Petitioni huic re ipsa annuit eadem Clara, atque in certum suæ liberalitatis argumentum die xvii junii 1771 super concessione hujusmodi apocam propria manu subscripsit.

Lis suborta super legitimitate obtentæ concessionis.

§. 3. Dum vero translationi aquæ prædictæ manus admovere ipsi exponentes decreverant, repente sibi præsentatam viderunt citationem coram vicario generali Interamnensi nomine dilectæ itidem in Christo filie marchionissæ Paulæ Sciamanna Cittadini, nec non dilectorum quoque filiorum marchionis Joannis Caroli, et Roberti de Cittadiniis, qua inhibita ipsis exponentibus fuit quæcumque derivatio aquarum a dicto canali, contententes sibi jus esse in dicta aqua profluente, ac

del Raggio novo nuncupata, simulque asserentes præjudicium, cateroquin mente tantum conceptum, sibi inferri in eorum molendinis, ac terris existentibus extra portam Romanam nuncupatam, ex quo quia ab eadem aqua profluente molæ in dicto loco Campi Realis existentes primum moventur, longoque deinde peracto itinere, circumpositæ terræ plurimum commodo, ac beneficio irrigantur.

§. 4. Novitate hac perculsi dicti exponentes, ne sumptuosam litem, cui impares quidem erant proprii conventus vires, assumerent, citationi, ac petitioni huic minime se se opposuerunt, eamque propterea vicarius generalis prædictus, ipsis non comparantibus, admisit. Postmodum vero exponentes præfati curarunt rem hanc amicabiliter componere, in irritum tamen cessis omnibus ad finem hunc assequendum adhibitis modis, Nobis supplices porrexerunt preces, in quibus relatis prius eorum juribus, ipsi petierunt, ut a promotæ hac lite eos liberando, atque narratorum veritate, sine strepitu, ac figura judicii æconomice recognita, facultatem derivandi prædictas quatuor uncias aquæ, easque transferendi ad hortum dicti conventus apostolica auctoritate sibi indulgere dignaremur.

Vicissitudines judicii, transactio amicabilis expostulata, et recursus ad Pontificem pro compositione negotii absque strepitu, et figura judicii.

§. 5. Remisimus itaque die 18 augusti 1771 hujusmodi preces pro informatione, ac voto dilecto filio vicesgerenti dictæ civitatis, auditis fratribus de Cittadiniis; ipse autem vicesgerens, ut demandatum sibi munus ea, qua par erat diligentia, absolveret, ad faciem loci, utraque parte interveniente se contulit, agnitæque promotæ petitionis irrationabilitate, die octava sequentis mensis septembris sua epistola relationem, ac votum favore dictorum exponentium ad urbem transmisit. Audita etiam relatione, et voto hujusmodi, deinde, die scilicet 15 junii 1772 commisimus venerabili fratri episcopo Interamnensi, ut officia, et operam suam impenderet pro pacifica executione concessionis a dicta Clara factæ, vel alterius cujuscumque concorditer faciendæ, cum interesse habentibus, compositionis, super exquisitam per eosdem exponentes aquam; si autem officiosa opera sua minus proficeret, tunc auctoritatem suam interponeret, et provideret, et procederet prout de jure, et cum omnibus facultatibus necessariis, et opportunis appellatione remota, ac alias prout in rescripto prædicta die desuper edito, cujus tenorem præsentibus pro plene, et

Negotium componendum episcopo committitur.

sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, fusions continetur. In hujus igitur rescripti executionem, idem episcopus curavit primum, sed inutiliter, rem amicabilem componere, ac postmodum, visa facie loci, visisque juribus hinc inde deductis, die vicesima quarta Julii 1772 suum edidit decretum, quo declaravit licere eisdem exponentibus ad eorum hortum traducere quatuor uncias aquæ prædictæ, ac alias prout in ipso decreto, cujus tenor est, qui sequitur nempe.

Tenor decreti  
edicti ab episcopo  
pro iudice dele-  
gato.

§. 6. Qui illius, et rursus dominus episcopus Interamnæ iudex a ssmo delegatus in vim memorati rescripti impensis toto studio primum officii, et opera sua pro pacifica executione concessionis a comitissa Clara Fabricij Fadulfi ut supra factæ, atque partem contradicentem ad æqui, justique rationem amicabilem trahet ad formam ejusdem rescripti, iisque in irritum cessis omnino pro parte dd. de Cittadinis contradictorum, sedeatur, visis juribus jam alias hinc inde deductis, et nunc pro parte dicti ven. conventus productis in actis infrascripti cancellarii, visa quoque fuit loci controversia, ac assignato demum eisdem dominis de Cittadinis congruo, et competenti termino ad deducendum omnia alia eorum jura, si quæ etc., eoque elapso, ipsisque nil aliud deducentibus, quod excludere, aut obumbrare valeat justitiam petitionis d. ven. conventus, ejusque pp. plenissime ab his quoque in scriptis demonstratam auctoritatem suam interponendo, et providendo, ac procedendo prout de jure cum omnibus facultatibus necessariis, et opportunis ad formam ejusdem rescripti, devenit, declaravit, et definitive pronunciavit, fuisse, et esse licitum d. ven. conventui, et pp. minoribus Conventualibus sancti Francisci Interamnæ deducere in hortum ejusdem ven. conventus per tubos proportionatum orificium habentes quatuor uncias aquarum dicto ven. conventui, ejusque pp. ut sup. concessas a dicta domina comitissa Clara Fabricij Fadulfi in vim apocæ ab ea subscriptæ, et in publicam formam recognitæ, de qua in actis infrascripti cancellarii cum facultate prædictis aquis libere utendi, et fruendi pro irrigando eodem horto juxta dispositionem statuti civitatis Interamnæ, et legum municipalium editarum anno 1549, et cum omnibus pactis, et conditionibus in supradicta apoca appositis, et propterea exequendam fore, et

esse concessionem per dictam comitissam Claram ut supra factam d. ven. conventui, ejusque pp., prout exequi voluit, atque mandavit, et pro hujusmodi effectu statum de exequendo, seu aliud quodcumque desuper necessarium, et opportunum infra concessit, decrevit, et relaxavit, nec non utendo facultatibus sibi a ssmo specialiter attributis, attenta relatione peritorum, ut supra, de qua in actis, impartitus fuit dicto ven. conventui, ejusque pp. facultatem, et licentiam prædictos tubos admovendi, et innectendi mœniis Interamnæ; ac demum in executionem ejusdem rescripti ssmi cum clausula = *appellatione remota* = perpetuum silentium super præmissis omnibus imposuit, et imponere voluit, atque mandavit, et ita etc. non solum etc: sed et omni etc. Interamnæ ex episcopo hac die 24 Julii 1772.

Augustinus Felix episcopus Interamnensis iudex a ssmo delegatus.

§. 7. Sic itaque declarata, et approbata facultate derivandi, et transferendi aquam prædictam ad eorum hortum, ipsi exponentes initium dederunt constructioni tuborum, illos inserendo mœniis civitatis prædictæ conterminis loco existenti inter canalem hujusmodi, et hortum præfati conventus; quæ sane constructio re ipsa feliciter absoluta fuit mense augusti anno 1772; atque ab hinc dicti exponentes reperiuntur in possessione fruendi eodem beneficio, quo in ipsa civitate omnes vigore legum municipalium generaliter gaudent. Non acquiescentes tamen eorum contradictores, assumpto alieno nomine, ad Nos recursum habuerunt, in medium non amplius proponentes suum, sed præjudicium ex translatione dictæ aquæ, ut asserebatur, illatum aliis, qui domini erant reliquorum trium molendinorum Campi Realis, licet ipsi nunquam comparuissent, nec ullam querelam super hoc excitassent. Agnita autem insussistentia expositorum, illisque idcirco rejectis, eadem Clara, quæ apocam concessionis quatuor unciarum dictæ aquæ jampridem subscripserat, eam deinde approbavit, et confirmavit desuper publico instrumento confecto die 19 februarii 1773 per acta Angeli Moriconi notarii Interamnensis, cujus quoque tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, plenius continetur.

§. 8. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, ut quies, et tran-

Alie querelæ  
subortæ post  
decretum epi-  
scopi.

Pro evitendis  
novis litibus  
pontificia expo-



statulatur confir-  
matio. tam con-  
cessionis, quam  
decreti iudicis  
delegati.

quillitas memorati conventus, ejusque fratrum nunc, et pro tempore quandocumque existentium in tuto firmiter posita sit, atque cujuscumque litis, et controversiæ timor, ac damnum, et præjudicium in posterum penitus deficiat, dicti exponentes concessionem aquæ prædictæ a memorata Clara, ut præfertur, factam, nec non decretum ab ipso episcopo Interamnensi tamquam Nostro delegato edito, atque possessionem usus dictæ aquæ traductæ, et insertionis tuborum in mœniis memoratæ civitatis, in qua ipsi exponentes reperiuntur, per Nos approbari, et confirmari, et quatenus opus sit easdem quatuor uncias aquæ sibi, ut præfertur; concessæ, denno apostolica auctoritate concedi plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor dictæ  
confirmationis  
vi cuius quo-  
que defectus  
omnes delcu-  
tur, et sanan-  
tur.

§. 9. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præfatam concessionem quatuor unciarum aquæ a prædicta Clara tam ex apoca die 18 junii 1771 quam ex instrumento die 19 februarii 1773, respective, ut præfertur, favore eorundem exponentium confecto auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, eamque ab omnibus, et quibuscumque hæredibus, et successoribus dictæ Claræ, ejusque molendini possessoribus pro tempore quocumque ex titulo, jure, et causa quandocumque existentibus observandam, et exequendam esse auctoritate, et tenore prædictis præcipimus, et mandamus. Præterea decretum quoque œconomice, ac sine strepitu, et figura judicii die xxiv. julii 1772 ab ipso episcopo Interamnensi uti a Nobis delegato vigore præcedentis rescripti die 15 prælapsi mensis junii editum, ac supra præinsertum cum omnibus, et singulis in eo contentis, et expressis, pari auctoritate, et tenore confirmamus itidem, et approbamus, ac omnes, et quoscumque juris, et facti, ac solemnitatibus sive in ordinatoriis, sive in ejus editione, etiam substantiales defectus, qui desuper quomodolibet intervenerint, atque intervenisse dici,

*Bull. Rom. Tom. IV.*

seu censi possit, supplemus, et sanamus. Insuper possessionem, seu quasi traductionis dietarum quatuor unciarum aquæ, ac insertionis tuborum in mœniis ejusdem civitatis, atque usus aquæ hujusmodi pro eorum hortu, in qua dicti exponentes reperiuntur, auctoritate, et tenore prædictis confirmamus quoque, et approbamus, ac quatenus etiam opus sit, easdem quatuor uncias aquæ una cum facultate inserendi tubos pro ea traducenda ad hortum prædictum in mœniis præfatæ civitatis, ipsis exponentibus nunc, et pro tempore existentibus fratribus dicti conventus de apostolicæ potestatis plenitudine perpetuo concedimus, et indulgemus.

§. 10. Decernentes easdem præsentibus literas, & in eis contenta quæcumque, neque etiam ex eo, quod prædicti, aliique in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes ad præmissa vocati, citati, & auditi non fuerint, de subreptionis, obreptionis, nullitatis, ac intentionis Nostræ, alioque quamvis substantiali defectu notari, & impugnari posse, sed semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, dictisque fratribus conventus hujusmodi nunc, & pro tempore quandocumque existentibus in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari.

Cuique juri  
quæsito dero-  
gatur.

§. 11. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, & delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula su-  
blata, et decre-  
tum irritans.

§. 12. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, & literis apostolicis superioribus, & personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolutis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effe-

Derogatio con-  
trariorum.

A a a a

ctum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris, die sexta augusti millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCXXXII

Dat. die  
9. augusti  
1774.  
Anno VI.

Conceditur ecclesia, & collegium loci montis Sancti Firmanæ diœcesis, suppressæ societatis Jesu, favore præposituræ dicti loci.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Tenor præcum  
porrectarum.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecit dilectus filius Thomas Mozzoni coadjutor dilecti itidem filii Martialis Mozzoni præpositi collegiæ ecclesiæ loci montis Sancti Firmanæ diœcesis; quod ipse alias die nempe vicesima octava aprilis currentis anni 1774 a congregatione nonnullorum dilectorum filiorum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium super negotiis suppressæ societatis Jesu per Nos deputata, attento consensu a dicto Martiali præstito, petit, et, Nobis mandantibus, obtinuit eidem Martiali præposito, ac sibi ipsi uti illius coadjutori, eorumque in præpositura prædictæ collegiæ ecclesiæ successoribus, concedi ecclesiam suppressi collegii ejusdem loci, ne debitis ecclesia hujusmodi fraudaretur obsequiis, una cum sacra suppellectili, sacrisque utensilibus actu in illa existentibus, nec non idem collegium, exceptis tamen horreis, et promptuariis pro conservandis frugibus, quæ colliguntur ex bonis dicti collegii. Præterea ipsi cardinales memoratæ congregationis assignarunt annuam præstationem scutorum centum monetæ super iisdem bonis collegii fabricæ dictæ ecclesiæ; ita tamen ut præpositus pro tempore existens consulere debeat conservationi, & cultui ecclesiæ hujusmodi, eique providere de sacrista, seu aedituo, concionatore annuali, et duobus confessariis pro diebus festis; et eadem ecclesia sit, et intelligi deberet filialis, seu coadjutrix in cura animarum præposituræ hujusmodi incumbente pro majore commoditate præpositi, et vicariorum curatorum in exercitio ipsius curæ ani-

marum citra ullam tamen translationem parochialitatis ab eadem ecclesia collegiata, atque insuper mandarunt, ut postquam prædictus Martialis, ejusque coadjutor Thomas exponens rite se se obligavissent ad præmissorum omnium adimplementum, facienda esset ad illorum favorem consignatio rerum prædictarum, salvo in omnibus jure venerabilis archiepiscopi Firmani dicti loci ordinarii, ac alias prout ex decreto, seu resolutione præfatæ congregationis dicta die edito, cujus tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, decretum, seu resolutionem congregationis hujusmodi dictus Thomas per Nos confirmari, et approbari plurimum desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsum Thomam specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibuscumque excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, prædictam resolutionem, seu decretum a memorata congregatione eorundem cardinalium die vicesima octava aprilis currentis anni, ut præfertur, editam, seu editum, una cum omnibus, et singulis concessionibus, legibus, conditionibus, & declarationibus ibidem contentis, et expressis auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus.

§. 3. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, & delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus constitutio-

Tenor concessionis.

Clausulæ irritantes pro plena gratiæ executione.

Derogatio contrariorum.

nibus, & ordinationibus apostolicis, nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, & literis apostolicis superioribus, & personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad premissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub anno piscatoris die vna augusti millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCXXXIII.

Dat. die  
10. augusti  
1773.  
Anno VI.

Fratres ordinis minimorum s. Francisci Conventualium ad munus poenitentiariorum basilicæ principis apostolorum de urbe in perpetuum designantur &c.

Clemens episcopus servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **M**iserator Dominus, & misericors Jesus Christus humanæ conditionis figmentum, ac imbecillitatem cognoscens, prospiciensque non in regeneratis omnibus, eum gratum erga Deum animum esse futurum, ut sanctitatem, & justitiam in baptismo singulari ipsius dono, & gratia susceptam constanter essent servaturi, illis quoque infinitos bonitatis, & clementiæ suæ thesauros reservavit, qui se se postea in peccati servitutem, & dæmonis potestatem tradidissent, eisque saluberrimum contulit vitæ remedium, poenitentiae scilicet sacramentum, quo beneficii mortis, ac sanguinis sui fieri possent cumulatissime participes. Hinc cum in coelos ad dexteram Dei Patris esset, mox mox profecturus, insufflato in discipulos suos Sancto Spiritu, facultatem eis-

*Bull. Rom. Tom. IV.*

dem fecit, & eorum legitimis successoribus remittendi, retinendique peccata ad reconciliandos fideles post baptismum lapsos, disertisque verbis est pollicitus, se ratum in coelis habiturum quidquid hi super terram solvendum censuissent, vel alligandum. Quoniam vero idem Jesus Christus redemptor noster discipulos suos, eorumque successores non dominos, absoluta scilicet, ac independenti potestate, sed ministros tantum, & dispensatores instituit, sanguinis sui per hoc sacramentum fidelibus applicandi, ideo in id potissimum ii, ad quos spectat, suas curas, & jugis vigilantiae studia debent intendere, ut ad tam utile, ac necessarium reconciliationis ministerium is non modo designetur ministrorum numerus, qui fidelium necessitati respondeat & devotioni, verum etiam, ut ii tantummodo eligantur, qui difficillimum confessarii munus summa fide exercere valeant, & clavium potestate secundum præscriptam ab eodem Jesu Christo, & Ecclesia methodum, & formam, ut fideles decet ministros, fructuose, uti dedicerint.

§. 2. Hæc ipsa Nobis supervenit cura, atque sollicitudo. Cum enim nuper vacaverit munus, & officium minorum poenitentiariorum basilicæ principis apostolorum de urbe, ipsumque collegium apostolicum minorum poenitentiariorum nuncupatum sacramenti poenitentiae ministris prorsus destitutum remanserit, pastoralis Nostri muneris esse duximus aliis in eorum loco substitutis, & subrogatis egregie poenitentiae sacramenti ministris Christifidelium frequentia, qui pietatis, ac religionis causa ad eandem principis apostolorum basilicam ex omnibus mundi partibus confluunt, consultissime prospicere. Optantes vero dum muneri huic Nostro satisfacimus, aliquam simul grati animi, ac sinceræ dilectionis significationem amantissimo minorum Conventualium ordini, cui, Deo donante, nomen dedimus, & cui plurimum nos debere testamur, palam exhibere motu proprio, ex certa scientia, & matura deliberatione Nostri, deque apostolicæ potestatis plenitudine, erectionem, & institutionem collegii apostolici minorum poenitentiariorum dictæ basilicæ principis apostolorum tenore præsentium confirmantes, & approbantes, vel, quatenus opus sit, collegium ipsum de novo erigentes, & perpetuo instituentes, ac sub immediata beati Petri, ac Nostræ, & romanorum pontificum

Erectio collegii poenitentiariorum, et illius immediata subiectio Sedi apostolicæ.

Proemium

successorum Nostrorum, Sedisque apostolicæ protectione esse, & perpetuo illud fore declarantes, collegium prædictum, seu illius curam, & regimen, nec non officium, & exercitium minorum poenitentiariorum perpetuo tradimus, & committimus fratribus minoribus Conventualibus ordinis sancti Francisci, eosque poenitentiarios, quibus hactenus ejusdem collegii regimen creditum fuerat, plenissime, ac in omnibus eodem in collegio substituimus, & subrogamus.

De numero, et officio fratrum collegium constituentium.

§. 3. Hoc autem apostolicum collegium ex tribus supra decem constabit fratribus ordinis minorum Conventualium expresse professis, quorum unus rectoris nomine donatus reliquis eodem in collegio degentibus præerit, iique omnes, & singuli teneantur muneri poenitentiariorum in prædicta basilica sedulo, diligenterque vacare, ac ministerium suum erga eos potissimum, qui ab exteris gentibus ad eam basilicam accedunt, studiosissime implere. Eam ob rem duo ex iis minoribus poenitentiariis pro Italica natione, seu lingua constituentur, duo pro Gallica, duo pro Hispanica, & Lusitana, unus pro Germanica, unus pro Hungarica, unus pro Polonica, unus pro Anglica, unus pro Græca, & unus pro Ilirica.

De famulis collegii.

§. 4. Præter hos alter degere poterit in dicto collegio ejusdem ordinis religiosus, quatenus necessarius is videatur dilecto filio ministro generali ordinis minorum Conventualium, qui vel pro ministro seruiat, vel ad mensam legat, & quatuor insuper alendi perpetuo erunt fratres laici, seu conversi, vel etiam sæculares si idem generalis minister id magis expedire judicaverit, qui poenitentiariorum famulatu, collegiique seruitio suam præstent operam, ita tamen, ut eidem generali ministro liceat in locum alicujus ex dictis fratribus conversis, vel ministris sæcularibus sacerdotem aliquem ejusdem ordinis deligere ad ea collegii ministeria, quæ cum sacerdotali characterem, & dignitate conciliari facile posse prudenter cognoverit.

De dote, et habitatione poenitentiariorum.

§. 5. Pro eorundem poenitentiariorum habitatione domum in civitate nostra Leonina, seu ut vocant Borgo, quam hactenus minores poenitentiarii incolere consueverunt cum omnibus, & singulis ejus membris, jure, aliisque ad ea spectantibus concedimus, & assignamus. Quo vero ad hujusmodi collegii dotem, ac redditus, quibus iidem poenitentiarii noviter a

Nobis constituti, et necessaria vitæ subsidia comparare, & alia, ut par est, onera perferre valeant, confirmamus, et approbamus, vel quatenus opus sit rursus assignamus, & perpetuo applicamus omnes, & singulos redditus, proventus, emolumenta, obventiones, aliaque hujusmodi, quæ ab eodem collegio, et a præcedentibus minoribus poenitentiariis percipi consueverunt, videlicet annua mille scutata monetae romanæ singulis mensibus æqua portione eis solvenda ex pecuniis eleemosynarum, quæ ex dispensationum matrimonialium expeditione proveniunt, et penes montem Pietatis de Urbe in subsidium pauperum, et in alia opera pia erogandæ deponi solent, præterea dimidium julii ejusdem monetae pro singulis apostolicis literis, quæ super dispensationibus matrimonialibus in tertio, et quarto, vel in quarto gradu per officium minoris gratiæ nuncupatum sub plumbo expedientur, ducenta insuper annua scuta similis monetae a prædecessore Nostro romano pontifice Benedicto XIV in ejusdem collegii, et minorum poenitentiariorum commodum collata, scuta nimirum octuaginta ex officio, ut vocant, componendarum datariæ apostolicæ: scutata sexaginta ex redditibus sacrae poenitentiariæ apostolicæ; itemque sexaginta alia ex pecuniis in fabricam divi Petri impendendis; vineas quoque extraportam equitum levis armaturæ vulgo *Cavallegieri* in loco vulgo *le fornaci* ad idem collegium spectantes, nec non pensiones ex locatione membrorum domus prædictæ, quæ locari consueverunt, dimanantes, consuetas demum donationes salis, et ceræ, aliasque in electione romani pontificis, vel alia de causa eisdem hactenus fieri solitas, quæ omnia, et singula per ipsos minores poenitentiarios percipienda, exigenda, levanda, ac in suos, et dicti collegii usus, et necessitates convertenda decernimus, atque mandamus.

§. 6. Penes ministrum generalem ejusdem ordinis nunc, et pro tempore existentem plena sit facultas, ac potestas eligendi tum rectorem hujusmodi collegii, qui juxta ordinis minorum Conventualium statuta ad annum tantummodo electus, ad triennium usque suo iu mudere confirmari poterit, vel ad summum, si graves, urgentesque adfuerint causæ, ad sexennium, tum cæteros minores poenitentiarios, ac ministros quoscumque. Curet autem, ut si, quos ad minorum poenitentiario-

De electione rectoris, et ministrorum.

rum assumet officium præter morum integritatem, doctrinæ copiam, ætatem satis maturam, cæterasque enim virtutes, quæ ab optimo poenitentiae sacramenti ministro divelli nullo modo queunt: ex ea insuper quoad fieri poterit uatione vere sint, et in regionibus ejus nationis nati, et educati pro qua eorum singuli, ut supra, constitui debent. Quod si nulla id ratione obtineri poterit, sint saltem in ejusdem nationis idiomate versatissimi, ut suo muneri valeant accuratissime satisfacere. Hæc omnia servari mandamus, quotiescumque aliquo ex prædictis poenitentiaris vel infirmitate, vel justa aliqua ex causa impedito, alius, qui illius vices suppleat erit ad tempus designandus. Si autem urgente necessitate subrogandi ad tempus aliquem poenitentiarium in locum demortui, vel legitime impediti minister generalis Roma abfuerit, tunc ad procuratorem generalem ejusdem ordinis spectare decernimus, eum deligere, qui poenitentiaris demortui, vel impediti vices agat, donec impedimentum durabit, vel defuncto successor fuerit constitutus.

§. 7. Quicumque electi in posterum fuerint ad poenitentiaris munus examen omnino subire teneantur in signatura poenitentiaris uti a prædecessoribus Nostris RR. PP. Clemente VIII et Alexandro VII sapientissime est constitutum: nec ullus audeat eidem officio manus admovere, nisi prævio, ut supra examine, fuerit approbatus. Qui autem eo in examine idoneus semel repertus fuerit, atque probatus ad se se rursus examini subjiciendum cogi non poterit, nisi Nobis, et romano pontifici pro tempore singulari aliqua ex causa secus visum fuerit. Quod si Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis major poenitentiaris aliquem a ministro generali in minorum poenitentiariorum electum minime censuerit admittendum, fas eidem erit et facultas protrahendi, seu suspendendi illius examen donec re, ad Nos, et ad romanum pontificem pro tempore quam citius fieri poterit delata quid consilii capere oporteat apostolica sententia fuerit definitum.

§. 8. Ubi vero in minorum poenitentiariorum collegium jure cooptatus aliquis fuerit suo ab officio poenitentiaris removeri, dimitti aut ex collegio prædicto sponte abire non poterit, nisi veniam prius impetraverit a cardinali majori poenitentiaris, qui licentiam hujusmodi, accedente sen-

tentia, et consensu ministri generalis ordinis nunquam denegabit, nisi justis, gravibusque causis, quo in casu, quemadmodum etiam si contingat, ut idem cardinalis major poenitentiaris, dissentiente sæpe dicto generali ministro aliquem ex prædictis poenitentiaris removendum judicet, easdem causas, seu motiva dictus cardinalis major poenitentiaris Nobis, et romano pontifici pro tempore aperiet, et apostolica mandata integre, fideliterque exequetur.

§. 9. Minorum poenitentiariorum officium in hoc versabitur, ut sacramentales fidelium confessiones in basilica Vaticana excipiant, et poenitentiae sacramentum iis primum administrent, qui ex ea sunt natione, pro qua, poenitentiaris singuli, ut supra sancitum est, constituuntur; deinde si hæc desint, vel tempus supersit, aliis quoque dummodo eorum calleant idiomata huic muneri bis in die sedulam dabunt operam, mane scilicet ab initio matutini ad finem usque officiorum divinorum antemeridianorum, post meridiem vero ab initio signi, seu campanæ pro vespere per duas integras, et continuas horas poenitentiaris simul omnes in suis confessionalibus sedibus cuique nationi assignatis inviolabiliter aderunt sequentibus diebus, atque temporibus nempe, singulis diebus majoris hebdomadæ, et per integram octavam Paschatis resurrectionis Dominicæ, in festo Nativitatis Domini, Pentecostes, singulis beatæ Mariæ Virginis, ac sanctorum apostolorum Petri, et Pauli, aliorumque apostolorum, cæterisque omnibus, et singulis diebus festis per annum occurrentibus, præsertim de præcepto; vigiliis quoque consuetis, singulis sextis feriis mensis martii, diebus jubilæorum, et stationum, quæ eadem in basilica celebrantur, ac insuper quotiescumque vel superiorum præceptum, vel charitas poenitentiariorum, vel poenitentium necessitas tam sanctum ab eis postulabit ministerium. In reliquis feriis anni satis erit si tertia saltem eorumdem poenitentiariorum pars prædictum munus fideliter adimpleat; collegii autem rectori, quem officii sui causa sæpe legitime impeditum iri prævidemus, quominus poenitentiaris muneri secundum indictas modo leges queat satisfacere, ut pro sua tantum conscientia quoad poterit, illud exequatur in Domino commendamus.

§. 10. Ut autem tam necessario

De officio poenitentiariorum

De examine subeundo a quolibet eligendo.

Quod nemo ab officio dimitti, vel sponte abire possit, nisi accedente consensu cardinalis majoris poenitentiaris.

De facultatibus poenitentiaris



rum circa ab-  
solutionem  
peccatorum.

Christifidelibus munere ea qua par est animarum utilitate, ac pio fidelium solatio iidem poenitentiarum fungi valeant, eis quamdiu in dicto collegio apostolico manserint, et officium minorum poenitentiarum impleverint, dumtaxat facultates omnes pro foro conscientiae, quas praedecessores Nostri romani Pontifices in particulari tabella proprio Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis majoris poenitentiarum caractere firmata, ejusdemque sigillo munita pro tempore describi jusserunt, quaeque in libros tam poenitentiarum majoris, quam collegii dictorum minorum poenitentiarum referri, et ulterius in anla ejusdem collegii palam exponi consueverunt juxta novissimum ejusmodi tabellae tenorem a romano Pontifice approbatum, concedimus, et impertimur, easque paribus motu, scientia, deliberatione, ac potestatis plenitudine approbamus, et confirmamus.

De privilegiis  
poenitentiarum.

§. 11. Similiter, ut iidem minores poenitentiarum suum munus et alacrius suscipiant, et diligentius exequantur, aequitati magnopere consonum existimamus, ut qui per satis congruum annorum spatium officio poenitentiarum perfuncti fuerint, eos honoris gradus, ac privilegia consequantur, quibus in ordine minorum Conventualium donari ii solent, qui commissa sibi ejusdem ordinis officia egregie impleverunt. Hanc ob rem volumus, ac decernimus, ut qui in poenitentiarum munere fideliter obeundo decem absolvet annos, si simplex sacerdos fuerit magisterii laurea decoretur, si simplex magister, patris provinciae, seu perpetui provinciae definitoris gradum obtineat; si vero pater provinciae post patres, quos vocant ex-provinciales praecedentia supra reliquos fruatur. Si quis autem vel lector nondum completo definito lectionum cursu, vel alius iis vacans muneribus, quae post praescriptum tempus ad patris provinciae gradum solent evehere, vocatus fuerit ad officium minoris poenitentiarum, declaramus, ac sancimus tempus, quod in poenitentiarum munus impenderit computandum ei esse, perinde ac si vel in lectionibus habendis, vel in praedictis aliis persolvendis muneribus perseverasset. Praeter hoc prudenti arbitrio, et conscientiae ejusdem ministri generalis reliquimus, aliis ordinis privilegiis, ac honoris gradibus cumulare minores poenitentiarum, quos habita aetatis diuturni servitii, ac meritorum ratione illos dignos in Domino judicaverit.

De subjectione  
poenitentiarum.

§. 12. Statuimus insuper, ac de-

finimus tam superiorem dicti collegii, quam minores poenitentiarum in iis omnibus, quae ad poenitentiarum pertinent officium jurisdictioni, visitationi, et correctioni Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis nunc, et pro tempore existentis majoris poenitentiarum subjectos esse debere, ita tamen, ut in rebus majoris momenti nonnisi de consilio, et sententia Nostra, ac successorum Nostrorum contra eos agere possit.

rum cardinali  
majori poeni-  
tentiarum.

§. 13. In iis vero, quae circa regularem disciplinam, et observantiam versantur, vel ordinis constitutiones, et instituta respiciunt, vel rem economicam, & regimen spectant rei familiaris iidem rector, et minores poenitentiarum, ac caeteri religiosi ibidem de familia degentes ministro generali ordinis plenam praestabunt obedientiam, ejusque jurisdictioni, correctioni, et visitationi immediate se se subjectos esse noverint. Quin imo illud potissimum ministro generali ordinis magnopere commendamus, ut ejusdem collegii, et singulorum fratrum ibidem de familia degentium formalem, ut ajunt, visitationem quotannis suscipiat, et absolvat, et quidquid vel ad regularis disciplinae splendorem tuendum, vel ad optimam rei familiaris fovendam administrationem idoneum duxerit, ac necessarium pro sua prudentia, ac pietate in Domino statuatur, salvis tamen juribus Sedis apostolicae, cujus visitationi ad Nostrum, et successorum Nostrorum arbitrium, ac nutum indictae omnino subesse, et peculiare collegii reddituum rationes reddere debeant.

De obedientia  
ministro gene-  
rali ordinis praes-  
benda.

§. 14. Omnia demum, et singula privilegia, et gratias, indulta, honores, et praerogativas, immunitates, exemptiones tam minorum poenitentiarum personis, rebusque ad eosdem spectantibus, quam eidem collegio a summis Pontificibus praedecessoribus Nostris hactenus concessa, et concessas paribus motu, scientia, et potestatis plenitudine approbamus, confirmamus, et, quatenus opus sit, eis rursus concedimus, et largimur. Ac praeterea singulari amoris significatione novum minorum poenitentiarum collegium, ipsasque personas ipsum componentes prosequi optantes declaramus, ac statuimus.

Extensio, applicatio, et confirmatio veterum privilegiorum collegii.

§. 15. Altare sacelli in domo dicti collegii existentis iis omnibus gaudere privilegiis, quibus donantur altaria, quae privilegiata dicuntur ecclesiarum ordinis minorum Conventualium, ac insuper tam religiosos poenitentiarum, quam laicos, itemque saeculares eidem

Altare sacelli in domo collegii privilegiatum declaratur.

inservientes, et eodem in collegio degentes, si qui erunt, lucrari posse in prædicto sacello indulgentias omnes, quas advenientes alias ecclesias ejusdem ordinis lucrari solent.

Clausula salutaris, et effroenatissima pro plena concessione executione.

§. 16. Decernentes hæc Nostras literas, et singula in eis contenta, etiam ex eo, quod prædicti, et alii quilibet cujusvis gradus, ordinis, dignitatis, status, et conditionis existant, etiamsi cardinalatus honore fulgeant, aut alias speciali, et individua mentione digni sint in præmissis quomodolibet interesse habentes, seu habere contententes illis non consenserint, aut ad præmissa vocati, et auditi, et causæ propter quas emanarunt, adductæ, verificatæ, vel justificatæ non fuerint, vel ex alia quacumque quantumvis pia, legitima, juridica, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, et totalis læsionis nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis Nostræ, vel interesse habentium consensus, aliove quantumvis magno, et substantiali, ac inexcogitabili defectu notari, impugnari, restringi, modificari, infringi, retractari, in controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, vel etiam motu simili concessio, quecumque in iudicio, vel extra illud uti, seu se se juvari posse, neque ipsas præsentibus sub quibusvis similium, vel dissimilium dispositionum, et gratiarum revocationibus, restrictionibus, limitationibus, aliisque contrariis dispositionibus etiam per Nos, & romanos Pontifices successores Nostros, Sedemque prædictam quodcumque faciendis, unquam comprehendi, atque comprehensas censi, sed semper ab illis exceptas, firmasque, validas, et efficaces existere, et perpetuo fore, ac suos plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et ab illis, ad quos spectat, et quodcumque spectabit respective inviolabiliter observari.

Decretum irritans.

§. 17. Sicque, et non aliter in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et cæteros quoslibet quacumque auctoritate, et potestate fulgentes, et quodcumque functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpre-

tandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 18. Non obstantibus præmissis, et quatenus opus sit Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de non tollendo jure quæsito, nec non Pauli pp. II., aliorumque romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum de rebus ecclesiæ, et cameræ hujusmodi non alienandis, ac Pii pp. V. prædecessoris pariter Nostri de gratiis quaecumque interesse dictæ cameræ respicientibus in eadem camera intra certum tunc expressum tempus præsentandis, et in libris illius registrandis, ita ut præsentibus ibidem præsentari, et registrari nunquam necesse sit, aliisque apostolicis, ac in conciliis etiam universalibus editis generalibus, vel specialibus constitutionibus signanter felicis memoriæ Alexandri pp. VII. incipien. = In apostolicæ = sub die 22 februarii 1559 nec non ordinis minorum Conventualium, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus etiam immemorabilibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis etiam eidem ordini minorum Conventualium, illiusque generali ministro, et personis quibuslibet, nec non dicto collegio minorum poenitentiariorum, et aliis quibusvis etiam speciali, et individua mentione dignis, sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio faciendæ, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, formas, et occasiones presentibus pro plene, et sufficienter insertis, servatis, et expressis, respective habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 19. Nulli ergo omnino hominum liceat hæc paginam Nostrarum

Sanctio poenalis.

confirmationis, approbationis, institutionis, declarationis, traditionis, commissionis, substitutionis, subrogationis, assignationis, applicationis, mandati, decreti, statuti, definitionis, concessionis, elargitionis, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, quarto idus augusti, pontificatus Nostri anno sexto.

## CCCXXXIV.

Datum die  
4. septembris  
1774.  
Anno VI.

Concessio indulgentiæ plenariæ eis qui semel in anno vere poenitentes, et confessi sacrum eucharistiæ sacramentum receperint in aliqua ecclesia ordinis Prædicatorum in honorem beatæ Mariæ virginis Rosarii.

Clemens PP. XIV.

Universis Christifidelibus præsentem  
litteras inspecturis salutem, et apostolicam  
benedictionem.

Tenor gratiæ,  
et præfinitio o-  
perum præstan-  
darum pro con-  
secutione in-  
dulgentiæ.

§. 1. **C**um sicut accepimus, erga s. Dominicum ordinis fratrum Prædicatorum fundatorem, et Rosarii beatæ Mariæ virginis auctorem devotio introducta fuerit, prout de præsentem etiam viget, qua permulti Christifideles tertiis feriis quindecim hebdomadarum in anno peccata sua confiteri, ac sacrosanctum eucharistiæ sacramentum sumere, nec non ipsa feria tertia, aut die illi immediate antecedenti jejunare consueverunt. Nos, ut de cetero pium opus hujusmodi fructuosius peragatur, et ad augendam fidelium devotionem, et animarum salutem, cælestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus, qui de cetero vere poenitentes, et confessi in aliqua dicti ordinis ecclesia in una ex prædictis feriis tertiis per eos ad sui libitum eligenda sacrosanctum eucharistiæ sacramentum devote sumpserint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam semel in anno omnium peccatorum suorum indul-

gentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. In reliquis vero feriis tertiis hujusmodi iisdem Christifidelibus etiam vere poenitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis in aliqua ex prædictis ecclesiis, et ibidem ut supra orantibus, qua feria prædictarum id egerint, centum dies de injunctis eis seu alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus. Præsentibus ad septennium; quoad Indias vero ad quindecim annos tantum valituris.

§. 2. Volumus autem, ut si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentem nullæ sint; utque præsentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quarta septembris MDCCLXXIV. pontificatus Nostri anno sexto.

Quod litteræ  
non valeant si  
quid pro illis  
recipiatur.

## CCCXXXV.

Dat. die  
6. septembris  
1774.  
Anno V.

Confirmatio instrumenti concessionis ecclesiæ sanctorum Joannis, et Pauli atque adnexorum presbyteris discalceatis Passionis Domini Nostri Jesu Christi factæ.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

segna adesso per quando sarà stata concordemente fissata, e destinata, essendo così stato espressamente preconvvenuto. Di più si dichiarano assegnate, e dimesse in proprietà tutte le suppellettili, e tutti gli arredi sacri, che già sono stati consegnati a detti padri, e che tutt'ora esistono in detta chiesa di s. Lucia, e nella sacrestia della medesima descritti in una nota, ossia inventario, che sarà abbasso registrato, e così pure tutti i mobili, suppellettili, biancherie, utensili di refettorio, cucina, e dispensa, e vasi di cantina per uso di detti padri tanto in detto collegio di s. Lucia, e scuole annesse, quanto in detti due convitti anche per comodo, ed uso de' convittori, de' quali mobili tutti se ne è formato esatto inventario, il quale pure sarà abbasso registrato in fine del presente istromento: e detta assegnazione dichiara, e vuole il detto illmo, e rmo monsignor vicario generale in nome, e vece del detto emo, e rmo signor cardinale arcivescovo delegato apostolico suddetto, che sia, e s'intenda fatta a favore di detti pp. chierici regolari Barnabiti a stipolazione come sopra con tutte e singole le necessarie clausole di amplissima cessione di ragioni, azioni ec. e con tutte le altre translativè di dominio, e possesso adattabili però alla natura, e qualità della presente assegnazione alla forma del clausolario, provisioni, e statuti di Bologna, ed in ogni altro miglior modo di ragione possibile: anzi per il più sicuro, e libero effetto di detta assegnazione il detto illustrissimo, e reverendissimo monsignor vicario generale in nome sempre come sopra dichiara a favore di detti rr. pp. a stipolazione come sopra ec. che la detta amministrazione del patrimonio ex Gesuitico abbia ed aver debba in perpetuo il carico di ogni qualunque obbligo fosse infisso sopra li beni come sopra assegnati, e conseguentemente anche di qualunque annuo canone corrispettivo a que'beni, che forse fossero di sua natura enfiteutici, de'quali dovrà a carico di detta amministrazione riportarsene la investitura a favore di detti padri, siccome pure debba la medesima amministrazione indenizzare li detti padri dall'asserito obbligo di compiere la fabbrica di detta chiesa di santa Lucia in ogni ec. Successivamente il detto illustrissimo, e reverendissimo monsignor vicario generale in nome sempre come sopra conviene, e promette, che oltre le prime spese necessarie a detti padri secondo il loro in-

stituito tanto per li primi viaggi, quanto per le provviste necessarie al detto collegio, e chiesa di s. Lucia alle scuole, ed alli detti due convitti, oltre dissi, le dette prime spese, che sono state già fatte a carico dell'amministrazione, si pagherà dall'amministrazione medesima a detti rr. pp. per una sol volta quella somma di denaro, che fra detti rispettivi procuratori sarà concordata anche a giudizio de'periti, per valersene in quelle riparazioni, e que'risarcimenti negli edifizj tutti tanto in città, quanto in villa, che saranno presentemente necessarie, giacchè così è stato espressamente preconvvenuto, la qual somma dovrà pagarsi in tre rate, cioè in tre anni, la terza parte in ciascun anno senza eccezione ec. ed in ogni ec. Per il mantenimento poscia di detti padri, e delle fabbriche di detta chiesa, e collegio di santa Lucia, e suoi annessi, ed anche degli edificj, e fabbriche in villa, e similmente per la sussistenza, e sovvenzione di detti due convitti, e mantenimento delle loro fabbriche il predetto illustrissimo, e reverendissimo monsignor vicario generale in nome, e vece di detta eminenza sua reverendissima, promette, e si obbliga di assegnare a' medesimi padri Barnabiti a stipolazione come sopra tanti beni stabili situati in luoghi sicuri, e lontani dal pericolo di acque, o capitali fruttiferi, quanti, a giudizio de'periti concordemente da eleggersi, siano necessari a stabilire un annuo reddito di scudi romani quattromila, e seicento (oltre il particolare annuo reddito già assegnato per il mantenimento della pubblica libreria, la quale si dichiara, e vuole assegnata a detti padri tal quale, e con tutti li capitali annessi alla medesima, tali quali pure questi sono, e sotto le leggi, e obblighi stipolati già con li detti soppressi Gesuiti, e non altrimenti ec. Un annuo reddito dissi di scudi 4600, e cioè quanto a scudi 3600 per detta chiesa, e collegio di santa Lucia, e quanto a scudi 1000. per ambedue li detti convitti, cioè scudi 500. per cadauno, e questi scudi 1000 espressamente in tanti luoghi di monte in questa città all'oggetto principalmente di scansare ogni controversia nel caso possibile di insussistenza, e conseguentemente di chiusura de' medesimi due convitti, o di uno di essi, colla dichiarazione però, e patto, che l'amministrazione del patrimonio ex-Gesuitico sia obbligata, come così il detto illustrissimo, e reverendissimo monsignor vi-

cario generale promette, e conviene a mantenere a detti padri a stipolazione come sopra lo stesso annuo frutto, che in oggi rendono li luoghi di monte in questa città, riservata soltanto all'amministrazione medesima la libertà di ricercere dal pubblico la franchazione de' capitali di detti luoghi di monte nel caso d' intinata diminuzione di frutto, per reinvestirli in altro modo più vantaggioso all'amministrazione medesima, la quale resterà sempre caricata dell'obbligo di pagare a detti padri l'annua somma suddetta di mille scudi per il mantenimento, o sovvenzione di detti due convitti. Frattanto però, e finchè segua positivamente la consegna, e dimissione di detti beni stabili fruttiferi, la quale si conviene, che debba seguire prima della solennità di tutti li Santi del prossimo venturo anno 1775, e di detti luoghi di monte rispettivamente il detto illustrissimo, e reverendissimo monsignor vicario generale per l'eminenza sua reverendissima promette, e si obbliga di far pagare a detti padri Barnabiti a stipolazione come sopra, dalla detta amministrazione l'annua somma suddetta di scudi 4600 ripartitamente in ciascun mese incominciando da quel punto, in cui detti padri saranno perfettamente stabiliti in detto collegio di santa Lucia, ed avranno effettivamente evacuato il collegio seminario, come abbasso senza eccezione ec. ed in ogni ec. In corrispettività poscia del sin qui fatto, o promesso in nome di detto eminentissimo, e reverendissimo signor cardinale arcivescovo a favore di detti rr. pp. chierici regolari Barnabiti, questi, e per loro il detto r. p. d. Gaetano Derigo procuratore suddetto promette, e si obbliga: Primieramente dimettere l'amministrazione, e governo, che presentemente hanno li detti padri del collegio seminario di questa città, rimettendolo sin da ora al totale arbitrio, e disposizione del detto eminentissimo, e reverendissimo signor cardinale arcivescovo. 2.º Di provvedere, e mantenere provveduta la chiesa sudd. di santa Lucia di idonei soggetti per la continua amministrazione de' santissimi sacramenti, per la predicazione della divina parola, e per tutte le funzioni ordinarie del loro istituto. 3.º Di assistere pure alle quattro pubbliche scuole di lettere dalla grammatica fino alla retorica, ed alla quinta di canonico morale, e queste tutte, e singole provvedere, e mantenere provvedute di idonei maestri capaci ad istruire la gioventù nelle lettere, e nella cristiana pietà, e

*Bull. Rom. Tom. IV.*

così pure di un padre, che in qualità di prefetto presieda alle scuole medesime, ed abbia di quelle la totale direzione. 4.º Inoltre di provvedere di direttori secondo che però porteranno le loro forze, e sarà conciliabile col numero de' loro soggetti, le congregazioni, che dal detto eminentissimo, e reverendissimo sig. cardinale arcivescovo si giudicheranno opportune, e convenienti, e così pure di insegnare in chiesa la dottrina cristiana, come per l'addietro si è praticato. 5.º Quanto alli due convitti nobile, e civico, di questi assumere, come di fatti assumono l'amministrazione, ed il governo temporale, civile, e spirituale, e mantenerli provveduti di tutto il bisognevole, e segnatamente di direttori, maestri, e ripetitori, in tutto, e per tutto alla forma dell'avviso pubblicato li 21 agosto 1773, e similmente di direttori di spirito per la pietà, e cristiana educazione, sicchè nulla manchi a' signori convittori di ciò, che si costuma in altri simili convitti. 6.º Di fare ogni anno, tanto rapporto alle dette pubbliche scuole, quanto rapporto a detti due convitti quelle pubbliche funzioni, e rappresentazioni, che si praticano in altri luoghi a spese però de' scolari, e de' convittori rispettivamente, ed all'oggetto soltanto di dare al pubblico un saggio del progresso nelle scienze de' medesimi scolari, e convittori rispettivamente. 7.º Di riparare, e mantenere a tutte loro spese le fabbriche della chiesa, e collegio suddetti, e de' convitti, e delle case di villa, e similmente degli arredi, e mobili di essi, con dichiarazione però, che rispetto al quartiere assegnato in uso alli detti ex-Gesuiti, la riparazione di questi resti a carico dell'amministrazione sino a tanto che durerà l'uso assegnato come sopra ai suddetti ex-Gesuiti. 8.º Rapporto poi al governo, ed educazione dei convittori essere soggetti alla ispezione, e visite del detto signor cardinale arcivescovo, o di quelle persone, che da lui, o da suoi successori saranno a tal effetto destinate ne' termini però medesimi, ed alla forma in tutto, e per tutto del Breve di Benedetto XIV. sopra il regolamento di questo seminario; al qual Breve in questa parte, e cioè di governo, ed educazione de' convittori, e non mai di amministrazione abbiasi in tutto, e per tutto opportuna relazione. 9.º Inoltre si conviene espressamente, che in ogni, e qualunque caso, in cui non sussistessero, o si dovessero chiudere li detti convitti, o uno di essi, allora sia, e s'intenda riservato il regresso alli capitali qualun-

C c c c c z

que come sopra destinati, e rispettivamente assegnati a comodo, e sostentamento de' medesimi, ed il totale, e plenario dominio de' medesimi capitali, li quali dovranno nel caso suddetto restituirsì alla detta amministrazione, rispetto agli edifici in quella qualunque simetria, in cui allora si troveranno, giacchè allora cesserà a detti padri il peso dell'assistenza, direzione, e governo di detti convitti, e conseguentemente di mantenervi tanti soggetti, quanti vi sono necessari, mentre così resta espressamente convenuto. 10.° Finalmente si dichiara concordemente, che essendovi in detta chiesa di santa Lucia due officature, ossia cappellanie perpetue, una Rampionesi di libera nomina del signor Petronio Rampionesi, e l'altra Biachetti, di questa resti perpetuamente alla detta amministrazione salvo il diritto di nominare il cappellano, il quale però debba, rapporto all'ora, in cui celebrare, dipendere da detti padri, alli quali inoltre dovrà l'amministrazione pagare il consumo degli apparati secondo il solito, perchè così ec. 11.° Per ultimo il detto illustrissimo, e reverendissimo monsignor vicario generale in nome sempre come sopra conviene, e promette di fare autorizzare, e che saranno autorizzati, fra non molto, con breve apostolico tutte, e singole le cose come sopra concordate, e stipulate, essendo così stato espressamente prevenuto. Et sic etc. quæ omnia etc., pænna dupli etc., qua etc. refectionibus damnorum etc. obligationibus bonorum dictæ congregationis rr. pp. Barnabitarum, ac dicti patrimonii ex-Jesuitici respective etc. in forma reverendæ cameræ apostolicæ etc. pacto præcarii etc. renunciationibus beneficiorum etc. juramentis etc. manibus pectoribus apposis mo-re etc. in animas respective etc. et præfata omni etc.

Actum Bononiæ in collegio doctorum rr. Barnabitarum nuncupatorum sancti Pauli, et in appartamento habitato per dictum dominum reverendum patrem præpositum Derigo, presentibus ibidem domino Joanne Rubiani, quondam Francisci, cappellæ ss. Cosmæ, et Damiani, et domino Cæsare Aldovrandini olim Mauri cappellæ s. Martini crucis sanctorum testibus ad præfata etc. qui etc. et ego etc.

De piis rogatus fui ego Gaspar qu. d. Antonii Sacchetti civis, et pub. Bononiæ notarius apostolicus, et imperialis, et in archiepiscopali curia Bononiensi not. dec. In fidem hic me subscripsi, et ut soleo subsignavi req. etc.

Loco signi.

§. 5. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, in dicto instrumento ea præ cæteris apposita fuerit conditio, quod præfati clerici regulares seminarium archiepiscopale Bononiense ab eis antea administratum relinquere, ejusque directionem, gubernium, et administrationem dimittere, illudque omnimodo arbitrio ipsius Vincentii cardinalis, et archiepiscopi restituere deberent. Tempore vero, quo ejusdem seminarii cura, directio, et gubernium, sive administratio clericis regularibus prædictis commissa fuerat, nonnullæ conventiones, sive capitula die secunda aprilis 1743 per acta publici notarii tunc existentes deputati seminarii prædicti cum ipsis clericis regularibus inierant, quas sane conventiones, sive capitula felicis recordationis Benedictus pp. XIV per suas in simili forma Brevis die decima tertia martii millesimo septingentesimo quadragesimo quinto apostolica auctoritate confirmavit, et approbavit, ac alias prout in eisdem literis, quarum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur. Hinc quo firmius omnia, et singula, quæ in instrumento prædicto nuperrime conventa, et constituta sunt, subsistant, et serventur exactius, ipse Vincentius cardinalis archiepiscopus, et visitator apostolicus ea per Nos confirmari, et approbari, nec non conventiones, sive capitula quæcumque, ut præmittitur, inita die secunda aprilis 1743 super administratione dicti seminarii eisdem clericis regularibus tunc commissa, nullius roboris, et momenti, memoratis literis ipsius Benedicti prædecessoris ea in parte respiciente administrationem seminarii hujusmodi derogando, declarari plurimum desiderat.

§. 6 Nos ejusdem Vincentii cardinalis archiepiscopi et visitatoris apostolici votis quantum cum Domino possumus, benigne annuere volentes, ac omnia ab eo tanta cum diligentia, prudentia, ac zelo in ecclesiæ, et collegii hujusmodi decus, ac in spirituale bonorum animarum provide conventa, et statuta plurimum commendantes, præinsertum instrumentum una cum omnibus, et singulis in eo contentis, et expressis auctoritate apostolica tenore presentium confirmamus, et approbamus, illisque perpetuæ, ac inviolabilis apostolicæ firmitatis robor adici-mus, omnesque juris, et facti, ac so-

Preces pro obtinenda confirmatione apostolica circa singula in instrumento conventa.

Tenore apostolicæ confirmationis.



lemnitatum etiam substantiales defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus. Præterea alias conventiones, seu capitula, ut præfertur, jam pridem inita, die nempe secunda aprilis 1745 inter deputatos prædicti seminarii, et eosdem clericos regulares quoad administrationem seminarii hujusmodi nullius roboris, et momenti fore, ac esse auctoritate, et tenore prædictis decernimus, et declaramus, atque ejusdem Benedicti prædecessoris literis in iis, quæ administrationem prædictam respiciunt plenissime derogamus.

Clausula salu-  
tates, et irritan-  
tes.

§. 7. Decernentes ipsas præsentis literas firmas semper validas, atque efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-  
trarium.

§. 8. Non obstantibus prædictis ejusdem Benedicti prædecessoris literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus, nec non seminarii, ecclesiæ, et collegii hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud

sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris, die nona septembris millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCXXXVII.

Applicantur nonnulli fructus in subsidium collegii Calasancii de urbe etc.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Dat. die  
15. septembris  
1774.  
Anno V.

§. 1. Nuper nomine totius congregationis pauperum matris Dei Scholarum Piarum nuncupatarum Nobis exposuit dilectus filius Cajetanus Ramo modernus illius præpositus generalis, quod cum a suis prædecessoribus ædificium collegii novi nuncupati pro publicis scholis hujus Nostræ almæ urbis constructum fuerit, ad hunc effectum prædicta congregatio grave nimis æs alienum contraxit in quantitate scutorum quinquaginta millium, et ultra, ea sub spe solvendi scilicet annuos fructus, ac paulatim minuendi etiam ipsius æris alieni substantiam tam ex contributione imposita super domibus provinciæ Romanæ ejusdem congregationis, quam etiam potissimum ex subsidiis, quæ a reliquis omnibus provinciis ipsius congregationis benigne suppeditabantur. Verum quia subsidia hujusmodi postmodum defecerunt, ædificium prædicti collegii gravatum modo reperitur ære alieno in reliqua adhuc summa scutorum quadraginta quinque millium, ita ut, cum eadem congregatio illud persolvere minime valeat, non solum quotidie creditorum molestias subire tenetur, sed etiam proximum omnino videt, et agnoscit concursum creditorum super eodemmet ædificio, ex quo continuatio suæ exercitationis in educandis mille circiter adolescentibus ibidem scholas frequentantibus præpedita remaneret. In tanta igitur angustia rerum idem expens, et congregatio prædicta id unum excogitare potuit, quod scilicet alias in humanis agens Porphirius Fantozzini civis Vetrallensis in ejus testamento aperto die tertia aprilis MDCCX. hæredem universalem instituit eandem congregationem, cum onere fundandi in ipsius patria unam regularem domum, atque celebrandi unam missam quotidianam in suæ animæ expiationem, et ibidem

Expositio præ-  
cum.

aperiendi scholas ab eo præscriptas in termino annorum quinquaginta, hisque elapsis, quoties dictæ congregationis professores aut nollent, aut minime possent foundationem hanc executioni demandare, jussit, ut ex redditibus, juxta ipsius testamentum, multiplicatis tot canonicatus in collegiata ecclesia Vetrallæ erigendi essent, ac alias prout in prædicto testamento, cujus tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

Speciales prævidentiæ captæ super multiplico fructuum hæreditatis Porphyrii.

§. 2. Quamvis itaque hæreditaria bona dicti Porphyrii testatoris sub multiplico posita intra terminum quinquaginta annorum ab ipso testatore præscriptum annuatim reddere potuissent scuta sexcentum quot testator prædictus voluit pro sustentatione duodecim ejusdem congregationis professorum; hisque præterea accessit, quod anno MDCLVI. tunc pariter in humanis ageus Franciscus Guidacci civis et ipse Vetrallensis, ut auxilium præstaret executioni prædicti pii operis suo testamento eidem congregationi reliquit propriam paternam suam domum pro habitatione illius professorum prædictorum, nihilominus bona prædicta hæreditaria memorati Porphyrii testatoris passa fuerunt duas non leves diminutiones, unam nempe ex parte fratrum de Sarinis dicti testatoris nepotum, qui juridice assecuti sunt avulsionem capitalis scutorum mille ducentorum septuaginta sex, et obulorum sexaginta novem; atque aliam ex parte hospitalis expositorum sanctæ Franciscæ Romanæ nuncupati civitatis Viterbiensis, quandoquidem bonæ memoriæ Innocentius Caracciolo uti visitor apostolicus suo decreto edito die ix. februarii MDCCXXXIX. jussit, ut collegium Scholarum Piarum erigendum in dicta terra Vetrallæ juxta dispositionem eorundem Porphyrii, et Karoli Francisci annua scuta sexaginta prædicto hospitali solvere teneretur, atque eidem collegio assignavit locum sito del Poggetto vulgo nuncupatum adnexum domui, ut præfertur, relictæ a dicto Karolo Francisco spectantem ad societatem, sive adunantiam nuncupatam sub titulo sancti Francisci de Paula ejusdem terræ, simulque mandavit, ut societas ssni Rosarii terræ prædictæ eidem collegio annua scuta quinque solvere deberet, ac alias prout in decreto ejusmodi, cujus tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, fusius contineri dicitur. Cum autem propter hujusmodi diminutiones in præscripto

termino quinquaginta annorum assequi minime valuerit integra quantitas annui redditus scutorum sexcentorum eadem congregatio anno MDGCLXVI. petiit, et nequaquam obstantibus juribus ex adverso clero Vetrallæ deductis, obtinuit a congregatione tunc existentium sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium concilii Tridentini interpretum præscriptum terminum quinquaginta annorum ad decennium sibi prorogari.

§. 3. In hoc igitur rerum statu, ut summæ indigentia, et angustia, in qua dictum collegium novum Galasancium etiam nuncupatum propter ingentes alienum contractum nunc reperitur, aliquo modo consultum sit dicta congregatio, ejusque præpositus generalis Nobis humiliter supplicari fecit, ut in subsidium ejusdem collegii, et publicarum scholarum ibidem existentium annuos redditus scutorum quadringentorum circiter provenientes ex hæreditate, seu bonis hæreditariis dicti Porphyrii, atque ex domo, ut præfertur, relictæ a memorato Karolo Francisco, celebrata tamen missa quotidiana ab ipso Porphyrio testatore volita, nec non adimpletis duobus anniversariis a prædicto Karolo Francisco injunctis, ac simul proviso, ne magistri pro publicis scholis in terra Vetrallæ hujusmodi deficerent, assignare, et applicare de benignitate apostolica dignaremur.

§. 4. Has itaque preces rescripto edito die sexta maii currentis anni remisimus ad dilectum filium Nostrum Andream Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalem Corsinum nuncupatum, ad hoc ut, pro sua ipsius prudentia, et æquitate valeret super expositis, et petitis providere, et indulgere cum omnibus facultatibus necessariis, et opportunis, contrariis quibuscumque non obstantibus; ipse vero Andreas cardinalis, utendo facultatibus a Nobis, sibi, ut præfertur, tributis, rebusque omnibus, et earum circumstantiis mature, ac serio perpensis, in hunc, qui sequitur modum decernendum, seu rescribendum esse putavit, videlicet.

§. 5. Utens facultatibus per ssimum D. N. feliciter regnantem super introscriptis precibus Nobis tributis, stante gravi ægestate, maximoque ære alieno, quibus premitur novum hic in urbe collegium nuncupatum Galasanzio patrum Scholarum Piarum, ipsis patribus, seu eorum pro tempore præposito generali, ac pro tempore rectori ejusdem collegii potestatem facimus, opportunaque licentiam, seu facultatem impertimur,

Ratio concessionis.

Remissio precum ad cardinalem Corsinum præpositum salutis provisionis.

Tenor decreti oblati in hunc modum.

ut, suspenso multiplico, de quo in eisdem precibus, et firma remanente celebratione missæ quotidianæ ordinatæ per quondam Porphirium Fantozzini in suo postremo testamento, ac celebratione duorum anniversariorum ordinatorum per quondam Karolum Franciscum Guidacci in suo pariter ultimo testamento, nec non (attenta existentia in terra Vetrallæ trium ludi magistrorum, qui grammaticam, humanas literas, et philosophiam sumptibus illius communitatis edocent) facta per definitorium provinciæ Romanæ eorundem patrum Scholarum Piarum obligatione de solvendis anno quolibet ven. conventui, et pp. Conventualibus sancti Francisci terræ Vetrallæ scuta sexaginta pro manutentione unius lectoris, qui moralem theologiam publice edoceat, ac facta respective per definitorium provinciæ Romanæ dd. pp. Conventualium obligatione de retinendo, et manutendo in eorum conventu Vetrallæ prædicto publico lectore, potestatem, inquit, facimus, opportunamque licentiam, et facultatem antedictis patri generali, et patri rectori pro tempore dicti collegii Galasantii urbis, ut suspenso antedicto multiplico, residuales fructus, redditus, et proventus obvenientes ex bonis quocumque modo, et titulo ad hæreditatem prædicti Porphirii Fantozzini, ac ex domo dicti Caroli Francisci Guidacci erogare possint, et valeant in solutione fructuum, ac respective in dimissione æris alieni, quo prædictum collegium gravatum reperitur, sub expressa tamen lege, et conditione, ut secuta dicti æris alieni extinctione, aut substitutioni, et manutentioni dicti collegii, vel per pia obveniendæ legata, seu hæreditates, vel per quemlibet alium modum consulto tunc cessare immediate debeat præsens facultas, et licentia, fructusque, redditus, et proventus, de quibus supra, iterum reinvestiri, et multiplicari debeant ad formam testamentorum dictorum Fantozzini, et Guidacci, et non alias aliter, nec alio modo etc. Et pro præmissorum omnium effectu, et executione, tam dictis testamentariis dispositionibus, quam cæteris omnibus in contrarium quomodolibet facientibus, apostolica auctoritate hac in parte nobis delegata, expresse derogamus, non solum præmissis, sed et omni alio meliori modo etc.

A. cardinalis Corsinus a ssmo specialiter delegatus.

Loco ✠ signi

§. 6. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo firmiter tanta cum maturitate, ac prudentia ab ipso Andrea cardinali decreta, et ordinata in præfato ejus rescripto subsistant, et serventur exactius, ea per Nos confirmari, et approbari dictus exponens nomine etiam suæ congregationis plurimum desideret. Nos ipsum exponentem, omnesque congregationis hujusmodi professores specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore consentes, supplicationibus super hoc Nobis humiliter porrectis inclinati, præinsertum rescriptum ab eodem Andrea cardinali editum una cum omnibus, et singulis in eo contentis, et expressis auctoritate apostolica presentium confirmamus, et approbamus, illisque perpetuæ, ac inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiciamus, atque cuncta in eo disposita, præscripta, et demandata inviolabiliter servanda, et exequenda esse auctoritate, et tenore prædictis volumus, statuimus, et mandamus. Decernentes easdem præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

§. 7. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 8. Non obstantibus eorundem Porphirii, et Karoli Francisci testamentorum etiam ultima voluntate, quam quoad præmissa sufficienter, et expresse commutamus, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere,

Confirmatio  
decreti.

Clausula subla-  
ta, et decre-  
tum irritans.

Derogatio con-  
trariorum.

vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris, die decima quinta septembris millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno sexto.

Datum die  
23. septembris  
1774.  
Anno VI.

CCCXXXVIII.

Applicatio honorum ecclesiæ s. Andreæ de Salmour, favore capituli Fossanensis.

Clemens episcopus  
servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. **D**ivinarum laudum opus, quæ per ecclesiasticam hierarchiam solemniter in templis persolvuntur, Sacta Mater Ecclesia in terris militans, sicuti quovis tempore novit, ad Dei majestatem colendam, celebrandam, exornandamque peropportunum tamquam illud, quod coelestis Hierusalem beatorum civium æmulatur ministerium, Deo laudes alternis vocibus jugiter canentium, ita, quo plures instituuntur ecclesiæ ministri, qui in atriis Domini sacris rebus peragendis sint addicti, eo majorem Deo laudem quisque intelliget inde accessuram. Quapropter cum Nos meritis licet imparibus universalis Ecclesiæ regimini præpositi simus, ut ea, quæ ad Dei honorem propemodum magis conferre videntur curemus; ideo si quæ in hanc rem Nobis offertur occasio, eamdem lubenti animo amplecti non omitterimus.

Expositio præeum.

§. 2. Nuper siquidem Nobis venerabilis frater Noster Karolus Joseph Morozzo episcopus Fossanensis exponi summopere in votis habuit, capitulum cathedralis ecclesiæ Fossanensis ex unica dignitate, præpositura nimirum, nec non duodecim canonicatibus tantummodo constare; ex iis vero quinque canonicatus recentius a laicis

personis fundatos fuisse, ac trium ex eis quotidianæ distributiones ad summam adeo modicam sunt redactæ, ut diurni Ecclesiæ famulatus præmium minime censi queant: neque canonicorum numerum supplere posse inferioris cleri copiam; ita quod in ecclesiasticis functionibus splendor ille desit, quem ad divini cultus majestatem maxime decet, ipseque exoptare non desinit. Ad augendum itaque divini servitii decorem alios addere in ecclesia ministros nimis opportunum fore arbitrans idem Karolus Joseph episcopus, ut ex bonis ecclesiæ, seu cappellæ sancti Andreæ de Salmour Fossanensis diocesis, quæ modo per obitum bo: mem. Karoli Alberti dum viveret Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Cavalchini apud Sedem apostolicam defuncti, illius commenda cessante, vacat, duos canonicatus, totidemque præbendas in eadem cathedrali ecclesia erigeremur supplex a Nobis exquisivit. Cum autem apud Nos itidem ipse carissimus in Christo filius Noster Victorius Amadeus Sardinæ rex illustris per dilectum filium nobilem virum Joannem Baptistam Balbis Simeonem comitem de Rivera magnæ Crucis equitem, et perpetuum commendatarium inclyti ordinis sanctorum Mauritii, et Lazari ejus ministrum status, et apud Nos ministrum plenipotentiarium vota sua addiderit, ut in ea dominiorum suorum regione, in qua olim felicitis recordationis Clemens papa VIII. prædecessor Noster episcopalem cathedram instituit, sacrorum ministrorum numerum comulare dignaremur.

§. 3. Nos igitur pastoralem universalis Ecclesiæ sollicitudinem ad eam convertentes regionem, dictamque cathedralem ecclesiam, ad quam vigil dicti Karoli Josephi episcopi cura Nos evocavit, atque ut dicto Victorio Amadeo regi adeo de catholica religione, apostolicaque Sede benemerito rem gratam agamus, unum, et alterum canonicatus, et unam, et alteram præbendas sancti Andreæ denominandas in eadem Fossanensi ecclesia liberæ collationis, ac reservationibus, et affectionibus apostolicis, infrascriptisque oneribus obnoxios pro uno, et altero actu presbyteris, ut infra, qualificatis futuris ipsius Fossanensis ecclesiæ canonicis, qui habitus, et insignia a reliquis ejusdem ecclesiæ canonicis ex apostolica concessione gestari solita deferre valeant, et servato antianitatis ordine,

Tenor concessionis.

ad stallum in choro, et locum in processionibus, et functionibus quibuslibet admittantur, ac apud eandem ecclesiam personaliter residere, in eaque temporibus debitis horas canonicas diurnas pariter, et nocturnas, et cætera divina officia, una cum ipsius ecclesie dignitate, aliisque canonicis collegialiter psallere, et decantare, divinisque officiis tam diurnis, quam nocturnis huiusmodi interesse, ac alias eidem ecclesie juxta illius statuta, ordinationes, et consuetudines sub multis et poenis, ut infra præscribendis laudabiliter deservire debeant, et teneantur; vocem quoque, et votum in capitulis, non tamen quando agitur de temporali aliarum præbendarum interesse, habeant, ac omnibus, et singulis privilegiis, prærogativis, immunitatibus, exemptionibus, indultis, et gratiis, ac etiam juxta antianitatem præcedentia, quibus cæteri dictæ Fossanensis ecclesie canonici de jure, vel consuetudine, privilegio apostolico, aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, pariformiter, et æque principaliter utantur, fruuntur, et gaudeant cum infrascriptis obligationibus; apostolica auctoritate, ipsarum tenore præsentium sine alicujus præjudicio erigimus, et instituimus, atque utrumque canonicatum, et utramque præbendam aliorum ecclesie ejusdem canonicatum, et præbendarum numero, et consortio addimus, et aggregamus. Ut autem fideles ad divina officia, quæ nova ministrorum accessione splendidiora erunt, confluentes, facilius valeant quoque reatum expiationem assequi, ambobus futuris, et pro tempore existentibus ejusdem ecclesie canonicis, unum, et alterum canonicatum, et præbendas, a Nobis, ut præfertur, erectos obtinentibus expresse præcipimus, et mandamus.

Onera adnexa.

§. 4. Iisque onus injungimus, ut ipsi festis præcipue diebus, non tamen tempore servitii dictæ ecclesie durante, Christifidelium utriusque sexus sacramentales confessiones in apta sede excipere etiam debeant, et teneantur. Præterea qui ad unum, et alterum canonicatum a Nobis, ut præfertur erectos, etiam modo a primæva erectione vacantes, et pro tempore in mensibus quoque Nobis, et successoribus Nostris romanis pontificibus pro tempore existentibus reservatis, vacaturos aspirare intendunt actu presbyteri, et ad confessiones excipiendas specialiter ab ordinario Fossanensi examinati, et ap-

*Bull. Rom. Tom. IV.*

probatum esse debebant; ita quod collationes, et provisiones, si quæ alias in personas aliquorum ad confessiones excipiendas minime approbatos etiam a Nobis, et successoribus prædictis pertractæ fuerint, nullius sint roboris, et momenti, nec coloratum titulum tribuant possidendi. Porro ad constituendam utriusque præbendæ a Nobis, ut præfertur, erectæ dotem, titulum in primis collativum dictæ sine cura ecclesie, seu cappellæ sancti Andreæ loci de Salmour ejusdem Fossanensis diocesis, cujus, et illi forsitan annexorum fructus, redditus, et proventus in apostolicis literis super antea actis illius collationibus expeditis, summam ducentorum ducatorum auri de camera secundum communem æstimationem annuatim non excedere assertum fuit, verum ad annuam summam bis mille centum, et quinquaginta librarum monetæ illarum partium saltem pertingunt, ut accepimus, sive præmisso, sive alias quovis modo vacet, illiusque collatio, provisio, et omnimoda alia dispositio Nobis, et apostolicæ Sedi reservata, et affecta sit.

§. 5. Ita quod dicta sine cura ecclesia, seu cappella collativa esse desinat, nec in titulum, nec commendam amplius impetrari, aut alias de illa quomodolibet disponi queat, sique in titulum, commendam, aut alias de illa disponi contigerit, collationes, commendæ, et quævis aliæ dispositiones nullæ, et invalidæ, nullius roboris, vel momenti existant, nec coloratum possidendi titulum cuiquam tribuant, salva tamen ipsius Ecclesie existentia, atque illius adimpletis oneribus, apostolica auctoritate, ipsarum etiam tenore præsentium perpetuo supprimimus, et extinguimus. Mox eodem titulo collativo, ut præfertur, suppresso, penitusque extincto ex omnibus, et singulis bonis dictæ sine cura ecclesie, seu cappellæ, dotem utriusque præbendæ unius, et alterius canonicatum a Nobis, ut præfertur, erectorum constituimus, illorumque fructus, redditus, et proventus, ita quod futuri duo canonici sancti Andreæ denominandi mensam habeant a cæteris distinctam, sed utriusque præbendæ communem uni, et alteri præbendæ indiscriminatim applicamus, et appropriamus, atque unimus, annectimus, et incorporamus. Neque apostolicum, supremumque munus Nostrum satis explevisse videremur, nisi eidem Karolo Josepho episcopo, quem

Derogationes  
speciales.

D d d d d



ob cleri studium disciplinæ, et animarum salutis zelum plurimi facimus, committeremus, prout harum serie committimus, ut ipse, visis præsentibus Nostris literis, omnia, et singula bona mobilia, et immobilia, ac si quæ sint semoventia dictæ sine cura ecclesiæ, seu cappellæ recensent, illorumque veram, realem, et actua-lem possessionem per se, vel alium, seu alios unius, et alterius canonicatum, et præbendam a Nobis, ut præfertur, eorum nomine libere apprehendere, et apprehensam ambo-bus futuris dictæ ecclesiæ canonicis, postquam illi provisi fuerint, tradere, ut illi fructus hujusmodi sint percepturi; ecclesiam præcipue, seu cappellam sancti Andreæ visitet, eamque ex fructibus dictorum honorum sacra supellectili instruat, et quæ missarum inibi celebrandarum, aliaque onera a futuris ambo-bus canonicis communiter subeunda præscribat.

De distributio-  
ne fructuum  
concessorum  
honorum.

§. 6. Præterea auctoritate Nostra, opportuno ædito decreto, ex fructibus quoque eorum honorum, et distributionum quotidianarum usum duas libras monetæ prædictæ pro diurno ecclesiastico servitio uni, et altero futuro canonico assignet, atque insuper aliam libram similis monetæ uni pariter, et alteri distribuendam præscribat in præmium assiduæ festivis assistentiæ fide-lium sacramentalibus confessionibus, hoc tantum statuto discrimine, quod si ambo futuri canonici, vel eorum alter ob non præstitum ecclesiæ servitium distributiones, aut earum partes amiserit, quod amissum fuerit in profectum aliorum interessentium cedat, ab illisque lucretur, eo tamen modo, et in ea quantitate, quæ canonici ipsius ecclesiæ canonicatus liberæ collationis, aliosque recentiores, et de jure patronatus laicorum respective obtinentes hactenus multas ab absentibus incursas perceperunt; si vero distributiones assistentiæ confessionibus addictæ amitterentur, eæ sacrario ejusdem ecclesiæ applicentur. Interim vero idem Carolus Joseph episcopus specialibus suis patentibus literis muniat, quos ad sacramentales utriusque sexus confessiones excipiendas, atque ad utrumque novum canonicatum a primæva erectione vacantem a Nobis impetrandum idoneos in Domino arbitrabitur.

Clausulæ salu-  
tares, et irritan-  
tes.

§. 7. Præsentibus autem literis, omniaque, et singula in eis contenta etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, vel habere

quomodolibet prætendentes ad id vocati, citati, vel auditi non fuerint, aut ex alia quavis causa de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, in jus, vel controversiam evocari, aut adversus illas quodcumque juris, vel facti, aut alterius gratiæ remedium impetrare minime posse, nec illas sub quibusvis generalibus derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, si quæ fierent, comprehendere, sed tamquam ad divini cultus, et sacrorum ministrorum augmentum, nec non sacramenti pœnitentiæ administrationem procurandam æditas, et emanatas semper ab illis excipi, validasque, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, sicque ab omnibus censi: ita quoque per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vice-legatos, dictæque Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari et definituri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari, irritum, et inane decernimus.

Derogatio con-  
trariorum.

§. 8. Non obstantibus de exprimendo vero annuo beneficiorum ecclesiasticorum valore in unionibus, eis committendis ad partes vocatis quorum interest, et quatenus opus sit de jure quæsito non tollendo Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis, ac quibusvis in synodalibus, provincialibusque, et generalibus conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non Lateranensis concilii ultimo loco celebrati, uniones perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis, ac etiam Fossanensis ecclesiæ, dictæque ecclesiæ, seu cappellæ sancti Andreæ sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis etiam motu proprio, et potestatis plenitudinis a prædecessoribus Nostris romanis pontificibus concessis, confirmatis, et innovatis, nec non quatenus opus sit, quibuscumque piorum testatorum vo-

Iuntatibus, et dispositionibus. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio facienda, ac quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, inserti forent, et eisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum omnium, et singulorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter et expresse harum quoque serie derogamus, aliisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda  
transumptis.

§. 9. Volamus autem quod earumdem præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in

ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, et extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam Nostrarum erectionis, institutionis, additionis, aggregationis, præcepti, mandati, oneris, injunctionis, suppressionis, extinctionis, applicationis, unionis, annexionis, incorporationis, commissionis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo quarto decimo kalendas septembris pontificatus Nostri anno sexto.

**FINIS TOMI QUARTI**